GERMANIÆ ANTIQUÆ ET NOVÆ CONTENTIO SINGULARIS.

Auctoribus

SERVIO PACATO

ET

SIGEFRIDO PRISCO.

Anno M. DC. LXXVI.



Digitized by Google



Germano & Candido Lectori.

SAlſe de Germanis prædicatur, quod plura ſcribant, quam legant. Hodie fortaſſis aliter pronunciandum, Germanos nempe plus ſcribere ac dicere, quam agere, dum calamo & ſtilo hoſtes ſubinde ulciſcuntur. Noſtra ſtatio non permittit, ferro & dextra patriam tueri: Cum tamen in communi omnium negotio, ocii quoque rationem reddere oporteat, qualicunque ingenii apparatu id tentandum fuit. Non unus eſt Germanis animi habitus, ſed diverſi ſenſus, ſtudia, amores, odia, prout cuique emolumenti ſpes, damni metus, vel affectuum inſania, ſingulares motus pectoris indunt. Cuncti anxie ſcrutantur Nova, veterum præſentiumque ſecuri & obliti. Nobis antiquorum memoria meditationem temporis ſuggeſſit, ut amico colloquio contenderemus, priſtinam recentioremque Germaniæ indolem. Non quidem ex aſſe, ſed pro inſtituti

fermonis, & hujus tempeftatis men
Proinde monendus es, amice Po
ris, fcriptum quod hic exhibetur,
exhaurire nobile argumentum,
jufta tractatio vaftos comment
exigeret. Breviter hic attingimus
commemoramus, quæ apud ve
laudabilia, nobis neglecta aut in
rius converfa funt. Hæc rerum
gies, primo fortaffis obtutu Cat
næ frontis afperitatem fpirare vi
tur, quod ex antiquorum monum
annalium, cumulata fint teftimoni
terum Franconum, quam noftris
poribus congrua. Quæfumus n
terrearis à lectione, quamvis ea
ernam dulcedinem non fapiant
quuntur ftatim Gallica fuaviora
magis ad palatum, novitatis fame
fatient. Videmus fæpius noftro
triam in qua verfantur fupine igno
nefciendes quid demum Germa
fœdo & perniciofo errore. Med
bus ingeniis indice digito often
Imperii Germanici facies, & qu
per infignia Majorum, belli præf

facinora : Cum illi mordicus tuerentur Provincias, quas nunc ferme pro quis quiliis vel inanibus umbris reputamus. Inter GermanosGallosque crebra bellorum & unica quaſi cauſa fuit, Regni Lothariani vel Auſtraſiæ hinc invaſio, iſthinc fortis defenſio. Idem finium regundorum judicium, Marte arbitro adhuc hodie agitatur. Gallis nil antiquius eſt quam Imperium Germanicum carpere, & juris, plerumque etiam virium inopia, inſidiis & occultioribns dolis expugnare. QuotiesGermanorum res turbidæ viam illis aperuerunt, Lotharianas & Burgundicas ditiones, optimo maximo jure ad Imperium ſpectantes, ſubigere tentarunt. Durare illis eandem libidinem, quilibet novit. Nam ſi pactis & Sacramentis pacem & quietem Germaniæ promittunt, fallaci ſtatim interpretatione fidem eludere, & extorquere ſatagunt, fines Imperii intra Rheni ripam coërceri & terminari. Tali impoſturæ ancillantur venales ex noſtris Gallicantes, qui exuto omni pudore,

Digitized by Google

in ipſo Auguſto Comitiorum Sena
conſpectu ˙, perſuadere conati ſu
Gallos, Germaniæ nunquam hoſtil
nocuiſſe. Facinus in Germano ho
ne abominandum, ſilentio non præ
rimus. Reſpondetur Gallicis obje
tionibus, ſubnexis ſtatim ipſiſmet v
rum Scriptorum verbis; nullo anti
tatis ſupercilio, ſed ne ingenuo cu
ulla hæſitandi anſa ſupereſſet. Pe
deberetque hoc argumentum enuc
tius tractari; verum ad præſentem
rum faciem ſufficiat indicaſſe v
tiem hoſtium, & noſtram ſimul ſo
diam. Majoribus certe noſtris n
lemnius fuit, quam Germaniæ Maj
tem fortiter tueri. Quomodo ten
ris progreſſu faciliores effecti fueri
quo minus externorum artes & ma
næ everterentur, indagandum d
mus. Viciſſitudines Imperii Ge
nici, à vera origine percenſere, arc
& periculo plenum. In Italia in
deliquium paſſum eſt Germanorum
perium, negotia iſta in aliud temp
ponere inſtituti ratio juſſit. Cauſ

Digitized by Google

men vulnerum, quibus Patria proximis tempestatibus saucia fuit, sparsim nobis deteguntur, enarratis malis, quæ ex Germaniæ vilipendio & Legum contemptu promanarunt. Quamprimum credidit Germania e re Reipub. esse, Majestatem suorum Imperatorum imminui, sensim vis & robur ipsius Imperii labem contraxere, ut externorum injuriis obnoxii essemus. Perstitit tamen sacra Imperatoria autoritas divina ope vallata, ne unquam sequioris ingenii cives eandem impune violarent. Demonstramus hoc, perlustrando historiam veræ piæque Philosophiæ ritu. Nam exempla probe vel secus factorum, efficacius penetrant & permanant ad intimos sensus, quam cuncta rationum pondera. Neminem hic insectari voluimus, sed ea duntaxat proponere, quæ literarum monumenta æternum duratura, cuilibet tribuunt: Hinc autoritate Scriptorum usi sumus. Solida profecto Majorum laus est, hodie autem à possessione ejus sponte decedimus, in mores alienos degenerando.

Digitized by Google

do. Amor peregrinitatis & ineptia
Galliæ, Circææ instar virgæ Nostr
fascinavit, ut vix quidquam Germa
Majoribusque simile reperiatur. N
veneramur & adoramus amicitiæ
laces, qui infinitis injuriis nos oli
nunc infestant, animumque noc
sub benevolentiæ larva vix bene
cultant. Fæderum perinde cum e
ris fata excussimus, blandam sci
pestem quæ Germaniam funesta
Porro ærumnarum nostrarum non
nima pars est, Sacrorum & Religi
discrimen, quod cum invalesce
portæ exteris patefactæ sunt, imper
labefactandi. Quo astu id adm
stratum, remotis prætextuum nubi
clare ostensum, ne ad infames scop
rursum naufragi hæreamus. Qua
ca negotium Pacis Vestfalicæ affer
tur, in concordiæ, & Pragmaticæ i
sanctionis odium, nequaquam d
sunt, verum ita accipi debent, ut fa
rum externorum calamitas nos de
reat imposterum, arceatque à te
Galliæ & Septentrionis asylo. Si
ni

nique justis querimoniis prosequimur, domi & foris adversus carissimam Patriam patrata flagitia, nondum tamen æquamus verbis rerum latrocitatem. Nemo ingenuus propterea succenseat Germano pectori. Pollicemur potius, si non laudem, certe veniam ab æquo lectore, nostro conatui, quem pietas in Patriam expressit.



Digitized by Google

SErvius Pacatus. Seceſſimus
gefride turbulenta ex urbe & a
ſtrepitu , in amœnas ſolitud
animi levamentum ruri ſectantes: tu
go jucunditate hac ſpreta , mœſti
pectoris vultu minus tranquillo a
oſtentas? Abige curas amice, ment
ſerena voluptatis legitimæ perfruit

Sigefridus Priſcus. Tu equidem ad
dium me invitas, ſed ea animum o
ærumnarum moles, quæ illecebris
ſiorum camporum haud lenienda
numeraſti quæ communem pa
nunc premunt & opprimunt mala ,
in nonnullis adhuc animorum hab
qui injurias exterorum diſſimulat,
lutem Reipub. negligit. Ita ſ
comparati & corrupti ſunt civium
res, tantopere ab avitis virtutibus c
tium factum, ut Germaniam in G
nia quærenti, nuſquam ferè app
Tanta prohdolor eſt ſeculi noſtri l
Quod ſi antiquitatis egregia repet
dii ac pudoris plenus rubore ſuffu
pigetque nos in illa ſervatos tem
quibus patriæ excidium ingenuus

Digitized by Google

que civis lugere ac plangere debet. Certe ultimum calamitatis & miseriæ compendium est, videre ipsos Germanos, in perniciem sui suorumque incubantes, id unice satagere, ut acerrimam majorum libertatem, in probrosissimam servitutem vertant.

Vincula & compedes quæ vicinorum ambitio molitur, nostri ambiunt, sponte petunt circumdantque, gloriantes in triumpho quo captivi ducuntur. O tempora! O mores! Eloqui hunc meorum furorem & infamiam utique pudet, sed luctus & indignatio verba suppeditant.

Servius P. Austere nimis præsentia incusas, & patriam criminaris, quasi à majoribus degenerem. Muliercularum est ad lamenta transire, rem rite expendere oportet. Non enim adeo virtutum sterile hoc seculum, ut non & bona exempla prodiderit. Otium nobis suppetit vetera novaque contendere; euge promas, quid tibi ex moribus displicet, & apparebit quid ex horrida antiquitate in melius mutatum sit.

Digitized by Google

Sigefr. Pr. Itane vero qui ægro corp
ri causas morbi aperit, injurius est? T
bimet adularis, ne dubitato. Si ve
stos Germanorum mores in mentem
vocemus, ingentem rerum virorum
mutationem videbis, & ad portento
novitatis monstrum stupebis. M
equidem volupe est antiquitatis ve
gia rimari, sed longum nimis foret, q
ex omni ævo probe vel secus gestum
scrutari & excutere. Absit cavilla
persuasum habeo, nostra quoque tem
ra multa egregia continere, apud
steros in exemplum valitura.

Attamen sollerter attendas opor
ne falsa rerum nomina, & vitia virtu
vocabulis incedentia, te decipiant.
jores nostri jurgia, discordias, simu
tes, cum hostibus excercebant, cives
civibus virtute certabant: Domi n
tiæque boni mores colebantur, iiqu
pud illos plus valebant, quam apud a
gentes bonæ leges. (a)

Ser. Pac. Rebus cunctis inest qui
velut orbis, ut quemadmodum tem

(a) Tacit. Mor. Germ. 19. 6.

Digitized by Google

rum vices, ita & morum vertantur. (b) Credo labem patriæ ingeri, si rigida & inculta veteris ævi usquequaque adamare gestiamus. Væcordiæ proximum, illa sine discrimine exoptare, quæ majores nostri agitarunt. Is qui nobis veterrima patriæ monumenta reliquit, deprædicat Germaniam *informem terris, asperam cœlo, tristem cultu aspectuque.* (c) Quis nisi amens nobis idem exprobret? Si olim ruditate, nunc civilitate famosa est Germania.

Sigef Pr. Nunquam negaverim multa ex rigida antiquitate in melius conversa, neque cuncta majoribus solennia, in hodiernum usum proponere animus est. Verum ingemisco, nos ab avitis virtutibus tantopere divortisse, ut Germaniæ civibus sua patria, cui eadem caritas pietasque, quæ parentibus debetur, sordescat, fastidio, imo & odio esse cœperit, Discordiis civilibus eo progressum, ut nostri in propria grassentur & sæviant viscera, amorem patriæ & penatibus de-

 bitum,

(b) Tacit. An. III. 55. (c) Tacit. M. G. 2. 2.

Digitized by Google

bitum, exte rorum dominatui impie c
fecrantes.

Serv. Pac. Novisti jam in dicter
abiisse: *Solos Germanos non esse patri*
mantes. Tantum abest ut hodiernu
recens quoddam vitium mihi per
deas. Compertum habemus Ger
niæ Proceres, ab omni ævo discordi
vilibus patriam labefactasse. C
enim (si tecum veterum memoriam
lustrem) *Marclaudui Segestis, Segim*
Flavii cæterorumque factiosorum no
na designant? Hi sane contra popul
suos, contra Germaniam & patri
Romanis in castris militarunt, vel
silia cum hostibus miscuerunt. (d)

Sigefr. Pr. Non abnuo armis i
ipsos Germanos sæpius certatum,
lulantibus crebro ut inter accolas dis
diarum seminibus. Velim tamen
prime attendas, illud contigisse a
quam Germania nostra in unam civ
tem, in unum Reip. corpus coalesce
quod admodum sero contigisse an
loquuntur. Videlicet separatæ civ

(d) Tac. A. II. 45. A. I. 57.

Digitized by Google

tes Suevorum, Cherufcorum, Sicambrorum, Angrivariorum, &c. nullo inter fe perpetuo fœdere, aut communi legum vinculo agebant, privatim fibi quæque tendentes. Cavendum proinde, quod huic aut illi Germanorum genti adfignatur, ad ceteras fine difcrimine trahatur. Illi quos nominafti Romanis dediti, Arminio pro libertate pugnanti, ob domefticas fimultates difcordes fuerunt. Sed quæfo, quid magnopere tum valuit illorum perfidia? *Manfit haud dubie Arminius liberator Germaniæ, & qui non primordia populi Romani, ficut illi Reges Ducesque, fed florentiſsimum imperium laceſsivit, prœliis ambiguus bello non victus.* (e) *Prœliorum eventu, & ad poſtremum ejectis Romanis, fatis probatum, penes utros fumma belli fuerit.* (f) Arminio fuperftite, nemo Romanorum interiorem Germaniam nifi victus & vinctus vidit. Fas eft credere, multos opiliones & agricolas in Vifurgis ripa à nobilifsimis Romanorum familiis originem & profapiam fuam ciere poffe, poftquam Arminius Varianis legionibus inter-

(e) Tacit. An. II. 88. (f) Id An. II. 45.

internecione cæsis, plurimos Equi
& Patriciorum sub jugum missos, ser
coëgit. (g) Germanorum scilicet u
fuit natio, quæ toto orbe Romanis su
cto, illibata stetit, suaque virtute se
tutem depulit. *Germani Carbone &*
sio, & Scauro Aurelio, & Servilio Cepion
quoque Manlio fusis vel captis, quinque
Consulares exercitus Populo Romano; Va
tresque cum eo legiones, etiam Cæsari a
lerunt. Nec impune C. Marius in It
Divus Julius in Gallia; Drusus ac Ne
Germanicus in suis eos sedibus percule
(h) Ducentos ferme & decem anno
Tacitus colligit, dum Germani vi
rentur, at demum fatetur, *triump*
magis quam victos fuisse. (i) Emptis n
rum à C. Cæsare per commercia,
rum habitus & crines in captivorum
ciem formarentur. Et si quam cla
Germaniæ extremi fines passi tum
majores nostri abunde ultum iv
quando Longobardi cæterique No
tium Italiam penetrantes, illis orbis
rarum domitoribus & Dominis in c

(g) Senec. Ep. 87. (h) Tac. M. G. 37. (i
Agr. 39.

Digitized by Google

nem redactis, spolia gentium sibi vendicarunt. Ea scilicet fuit Germanicæ fortitudinis eminentia, ut ipsius Romani Imperii decus & gloria, Germanorum virtuti cederet. Adeo illis cordi fuit patriæ dignitas, ut non nisi cum anima illius studium deponerent. Cum Arminium & Inguiomerum fortuna magis quam virtus desereret, ut acie superarentur, miles Romanus in loco prælii Tiberium Imperatorem salutavit, struxitque aggerem, & in modum trophæorum arma, subscriptis victarum gentium nominibus, imposuit. *Haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia, quam ea species dolore & ira adfecit.* (k) Si idem nostris animus durasset, anne commissum iri putas, exteros in sinu Germaniæ, non trophæa, sed arces sui dominatus erigere? Et libertati vincula sponte nostra injicere?

Serv. Pac. Germanorum fortitudinem laudemque ancipitem reddere, nefas sit. Olim præcipua illis bella cum Romanis intercesserunt, qui etiam hostes virtutem

(k) Tac. A. II. 18.

tem eorum attollunt. Nunc illud disquiritur, an nostræ dissensiones huic seculo imputandæ sint? Præterita vero omnino beata & domi perpetuo tranquilla fuerint? *Reperio; non intestinis saltim odiis se lacerasse Germanos, sed aliarum quoque gentium armis & direptioni patuisse.* Omittamus hic quæ varia fortuna extra fines nostros patrata sunt bella, quæ ad aliorum oppresionem magis spectant, quam ut nostræ Reip. characterem signent. Ea modo attingemus, quæ nostris jam in unum Reip. regnique corpus coalescentibus, indolem & ingenium popularium, tum fortunam sortemque exinde promanantem produnt. Si æqua mente antiqua novis componas, statim se offeret apud veteres, ea quæ hodie luditur scena. Majores non tantum invicem discordes, sed peregrinæ etiam injuriæ obnoxii fuere. Clodoveus, ceterique Francorum Reges non unam cladem Germanis intulerunt, quas vel civilibus odiis, vel externæ vi accensere oportet.

Sigefr. Pr. Franci sunt omnino no-

strates;

Digitized by Google

ſtrates; ſed quod hic recenſes cum Alemannis bellum, inter diviſas adhuc civitates geſtum eſt. Francorum gentem in Germania à libertate nomen & originem ſumpſiſſe, cum à Romanorum tum collabeſcente potentia ſe vendicaret, nemo juſte ambigit. Quanquam enim Franci, præcipue ex Cattis conſiſtentes, ſæpius Rhenum & Imperii Romani borealem limitem invaſerint, intelligendum tamen eſt eos tunc ſedes, in veteri & prima ſua Francia vel Franconia retinuiſſe, eximiam ſcilicet Germaniæ partem à Bojohemo usque, cis Thyringorum ſaltum, in Saxoniam inferiorem porrectam: Quibus cum Chamavi, Bructeri, Ampſivarii acceſsiſſent, omnis ille trans Rhenum tractus à Ducatu Bergenſi, usque in Virtenbergenſem, non minus in nomen quam in jus Francicum pervenit. (*l*) Deinde ripam reliquam omnem Rheni in Friſios usque, mox Rheno trajecto, Germaniam ſecundam & potiora primæ, aliasque nonnullas Germaniæ provincias in ditionem ſuam Franci rede-

(*l*) H. Conring. de fin. imp. lib. 1. c. 2.

degere. Non multo post cæsis Alemannis, provinciam suam iidem fecere, quicquid hactenus Alemannici fuerat juris, omnemque adeo Sueviam, Heluetiam, Bavariam, &c. Eadem tempestate in Gallia, quicquid ejus Burgundiones & Vestrogothi occupaverant, extincta Burgundionum Repub. & Gothis in Hispaniam pulsis, in Francici Regni jus concessit. *Multi tunc ex Galliis* (ait Turon:) *(m) habere Francos Dominos, summo desiderio cupiebant.* Proinde vana est ambitio quorundam Gallorum, contendentium, ex Gallia migrantem coloniam, agros Germanorum trans Rhenum occupasse, circa Mœnum, ad Hercyniam usque sylvam effusam, & subsequuto tempore occupato quod ad dextram jacet, superatoque rursum fluvio, post liminio in avitas sedes remeasse. Si opus hic est contraria autoritate, sane irrefragabilis illa ipsius Regis Galliæ Francisci I. scribentis ad Electorem Sxoniæ & Landgravium Hassiæ: *Scire vos opinor, Viri amplissimi, gentem quidem Germanicam, ex qua velut stirpe*

(m) 2. Hist. Franc: c. 36.

ſtirpe genus meum duci non ſolum libenter profiteor, ſed magno etiam in honore pono, tanta ſemper neceßitudine cum Francica conjunctam fuiſſe ut majores noſtri utramque fere pro una eademque gente habendam cenſuerint. Quod ſi qui adhuc ſunt, qui non ita exiſtiment, vehementer quidem meo judicio falluntur, manifeſteque originem noſtram ignotam ſibi eſſe, præ ſe ferunt. (*n*) Vixerunt autem noſtri Francones, initio ſub Ducibus, creatis demum Regibus illorum potentia maxime effloruit. De Pharamundo nullum exactum vetuſtatis teſtimonium affertur, cum nec Turonenſis nec Proſper ejus meminerint. (*o*) Hujus filius Clodius Diaſpergi in Thyringis vel Sicambris habitans, citimam quidem Rheni partem, quam occuparat cum ſuis, ab Aëtio Rom. Duce repreſſus, deſerere coactus; ſed transducto rurſum exercitu Romanos profligavit, & ad Suminam usque fluvium ditionis ſuæ fines extendit. (*p*) Meroveus affinis Clodii, Francorum in Gallia Dominium amplificavit,

(*n*) M. Freher, tom. 3. p. 311. (*o*) A. C. 40. (*p*) Turon. 2, hiſt. c. 9.

vit, & Romanis fœderatus, maximúm contra Attilam victoriæ momentum contulit. (q) Hujus filius impotenter Dominatus, regno exutus, moxque ab exilio ex Thyringia accitus, (r) successorem habuit Clodoveum (Ludovicum) Regem, qui suis auspiciis Francorum in Galliis imperium longe lateque extendit, & Alemannos (ut jam innui) felici prælio ad Tolbiacum in Ubiis (Tolkirch) Christi Salvatoris tum primum implorata ope, profligavit, & Christianis sacris initiatus est. Hinc nihil contra Germanos, eorumque jactatam discordiam, magnopere concludes, aut Gallis ad gloria incrementum tribues. Pugnatum fuit inter Germaniæ populos, jam pridem æmulos, nec uni Domino hactenus dicto audientes. Invidebant quippe Alemanni Francorum magnitudini, dedignantes vel metuentes Dominium jugumque, quod vicinæ Galliæ impositum cernebant.

Serv. Pac. Non ita sterilis victoria Clodoveo, at gravissima Alemannis sors

(q) A. C. 445. (r) A. C. 449.

Digitized by Google

ſors contigit, cum ſui juris mancipi haud relicti fuerint. *Plena ſcilicet fuit ſervis Alemannia noſtra, cujus magna pars hodie Heluetia eſt; nec eſt quod ſciam montanus pagus aliquis Helueticus, qui rebus Francorum florentibus, duriſſimam illam ſervitutem non ſervierit.* (s)

Sigefr. Pr. Vulgo fertur, Clodoveum devictis Alemannis ſervitutem impoſuiſſe ad exemplum Romanorum, ut bello ſervati nec occiſi, in Domini liberrimam poteſtatem pro mancipiis truderentur. Durior equidem facta tum eſt populi conditio; falluntur tamen qui Romanam hinc ſervitutem effingunt. Nam antea plebs Alemanna comitiorum quoque gaudens jure, nullo tributorum onere gravata erat, agriculturæ laboribus ſpretis, armorum & belli curis intenta. *Mos fuit civitatibus, ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam neceſſitatibus ſubvenit.* (t) A Romanis e contra Rhætis & Noricis, vectigalia, tributa, collationes impoſitæ.

Friſii

(s) Vadian. epiſt. ap. Gold. tom. 2, antiq. Alemſ. 8. 4. (t) Tac. M. G. 15.

(*u*) Frisii in usus militares coria boum pendebant. Id aliis quoque nationibus arduum, apud Germanos difficilius toleratum. (*x*) Quare adversus Romanos insurrexit populus, libertatis acerrimus defensor. Clodoveus ut armorum libidinem plebi eriperet, tributa imperavit, quæ eam agriculturæ addicerent. Servi igitur tum non militum, sed paganorum (ut I&ti loquntur) indolem retulerunt, colonique sunt redditi, quos agrariæ leges domi imposterum continerent. *Certis & statis exactionibus servi deteruntur, utpote pullis gallinis, numis, certis operis; quibus operibus etiam liberti patronis suis obligantur.* (*y*) Ejuscemodi servos jamdudum habuerat Germania. *Servis non in nostrum morem, descriptis* (ait Cornelius noster) (*z*) *per familiam ministeriis utuntur. Suam quisque sedem, suos Penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris aut vestis, ut colono injungit, & servus hactenus paret.* Attamen mansit usu amorum erepto, civitatibus nobilibus.

(*u*) Id. Hist. 5. 25. (*x*) Id. A. 4. c. 12. (*y*) Vad. de Monast. & Colleg. Germ. fol. 75. (*z*) Tac. M. G. 25.

libusque intemerata a Francis libertas. Coërcitam vero in hunc modum plebem, affirmo fortunæ etiam Germaniæ cessisse, vulgus enim vel humiliter servire, vel impotenter dominari suerunt, hoc obice retinendum fuit, ut patriæ solitudines, in lætos segetum campos verteret, & dextram aratro quam framea exerceret. Nec minus Germaniæ decorum, potentiæque adversus externam vim firmamentum, dissipatas ante civitates, in unum Reip. corpus sensim consensisse. Hoc fortassis asperum illis temporibus visum, quod magistratus civilisque administratio, diversam tum nacta fuerit formam, impositique sint Alemannis ex Francorum nobilitate Principes Comitesque. *Nam alias eligebantur in conciliis Principes, qui jura per pagos vicosque redderent. Centeni singulis ex plebe Comites, consilium & autoritas adfuerunt.* (a) Francis rerum potientibus invaluere Missi Regii, ut illius ætatis scriptores nuncupant: quos tamen tempore procedente, ex ipsis rursum pagis vel provinciis

(a) Tac. M. G. c. 12.

delectos, præfuiſſe conſtat. Regnum porro in duas partes diviſum fuit, ut Auſtraſiæ nomine Germania veniret, Rege illius Theodorico Metis habitante: Veſtraſia vero ſive Gallia, in plura abiret regna, donec ob Childerici ignaviam, Merovingorum imperium deficeret, ſuccedente Carolinorum familia.

Serv. Pac. Non immorabimur hiſce ut a memoria remotioribus, & ad noſtrum ſcopum haud futuris. Novum enim Caroli M. imperium, novas ſatis clades Germaniæ peperit. Reputa quid illud cum ViteKindo Saxonum Duce aut Rege, tricennio amplius patratum bellum, non invexerit calamitatum. (*b*) ThasſilonisBavari defectio, incruentius quidem detonuit, at Saxones, ut antea Alemanni victoria ſubacti, jugum & ſervitutem ſubiere.

Sigefr. Pr. Cum ViteKindo pagan ſuperſtitionis & Idolorum retinentiſſimo, acriter pugnatum fuit, magna utrinque edita ſtrage, ſed quanta inde Germanorum pars adflicta? Alemanni, Bo plur

(*b*) A. C. 788.

Digitized by Google

plurimique popularium noſtrorum, jam Chriſtiano ritui initiati, veram fidem ſectabantur. Quanquam Saxones ab initio pendere tributum juſſi, communem deviċtarum gentium fortunam paterentur, exitus tamen belli felicior fuit. Ita enim pronuntiat Eginhardus in vita Caroli M.; *Ea conditione a Rege propoſita & ab iis ſubſcripta, tractum per tot annos bellum conſtat eſſe finitum, ut abjecto dæmoniorum cultu, & relictis patriis ceremoniis, Chriſtianæ fidei atque religionis ſacramenta perciperent, atque Francis adunati, unus cum eis populus efficerentur.*

Serv. P. Licet largiar ferocientem populum, tributorum onere mitiorem redditum, ut ſortis ſuæ memor, addiſceret ſe non imperio ſed obſequio genitum: Reliquum eſt ut per ſubſequentium exempla temporum demonſtrem, quas ab initio indicavi civiles patriæ diſſenſiones, arma domeſtica, prælia, clades ſemper in Germania fœcundas extitiſſe, nec æſtimandum recens natum morbum, ſed peſtilentiam eſſe, manu noſtratium perpetuo factam. Ecce in Ludovicum

Pium Cæſarem filii non ſemel impie reſurrexerunt. (*c*) Hoc fatis functo, Lotharius, Ludovicus & Carolus Calvus fratres, infeſtis præliis ad Fontinatam villam decertarunt: (*d*) Ea pugna tanta dicitur facta ſtrages, quantam fuiſſe non meminerant. Sopita per ſolemnem conventionem, cruenta diſceptatione, Ludovicus Germanicus & Carolus Calvus, Cæſaream dignitatem aperto Marte ſibi quisque adſerverunt. Arnulphi tempeſtate renovatum fuit Normannicum ſeu Danicum bellum. (*e*) Regnante hujus filio Ludovico IV. occaſione noſtræ diſcordiæ in Germaniam effuſi vel evocati, eam quaſi totam rapinis & incendiis Hungari vaſtarunt, ſtetitque magno temporis intervallo calamitatis ſeries. (*f*)

Sigefr. Pr. Ludovicus pius Imp. cum intempeſtivo conſilio hæreditatem & fortunam regnorum ſuperſtes divideret filii majores Lotharius & Ludovicus, novercales queſti injurias, quod Carolo fra-

(*c*) A. C. 830. (*d*) A. C. 841. (*e*) A. C. 887. (*f*) A. C. 900.

fratri consanguineo, opimiores cederent partes, nefanda audacia grassati sunt. Et patre defuncto, cum Lotharius maximus natu, imperatoriæ dignitatis fiducia dominari ceteris ambiret, fœdere juncti Ludovicus & Carolus actionem familiæ erciscundæ armis instituerunt. Attamen illud ad Germaniæ Remp. insigniter haud spectat. Imò hinc colligitur patriam nostram sub Ludovico Germanico Rege suo, peculiari & proprio imperii jure gavisam, nec Romano Francorum Sceptro obnoxiam fuisse, usque dum Germanorum virtuti & fortitudini, fastigium pristini Romanorum imperii sese submitteret: ipsa scilicet Italia, cum Gallia, Pannonia, Dania, Polonia, Boëmia, præcipue ab Ottonibus Fridericis, ceterisque gloriosissimis Principibus, in ditionem & dominium Germanorum redactis. Nostra vero Germania inaudito fortunæ beneficio, peregrino nunquam paruit imperio, ab exteris neutiquam subacta, sed intemerata semper libertate, nominis majestatem supra ceteros Europæ populos sustulit. Hanc à majoribus

ribus partam præclare gloriam, si nostratibus ad posteros quoque suos propagare animus fuisset, non suspexisset hæc ætas, illos de Germania triumphantes, qui aliàs ejusdem fasces reverenter coluerant. Habes infamem hodiernæ discordiæ partum, cujus exemplum vel imaginem, cuncta antiqitatis monumenta tibi non suppeditabunt. Id persuadere conareris, ut proceres positis suspicionum inanibus, junctis viribus dextrisque, peregrinas injurias & insidiarum sinus fortiter exscinderent.

Serv. Pac. Præceps est festinatio tua; an hodierni saltem temporis sit, illa publice dissentiendi libido, cum vetera sine amore & odio reputaverimus apparebit. Quæ Carolum Calvum inter & Ludovicum Germanicum enata sunt bella non omitti cupio.

Sigefr. Pr. Ludovico II. Imp. sine herede defuncto, Ludovicus Senior Germaniæ Rex, Imperialem dignitatem sibi debitam ut natu majori, merita vendicare instituit. (g) Proinde dum Calvus Italiam

(g) Annal. Fuld. A. C. DCCCLXXV. & LXXVI.

italiam pro diademate a S. Pontifice impetrando, Romam festinasset, noster Ludovicus Galliam ferme occuparat. Dedit tamen Hincmari Episcopi & Procerum Franciæ precibus, quo minus ambitum Regis in subditorum clade ulcisceretur. Domum itaque abscedens, morbo extinctus est, & vis fati ætatis prærogativam ac fastigium Imperii Germanis tum eripuit.

Serv. Pac. Postremum hoc fuit dictis Regibus bellum, non dissimulandum etiam illud quo de vetusto Austrasiæ regno sive Lothariano, acriter disceptari cœptum. Hinc etenim ortum & nativitatem habent, cuncta certamina, quæ inter Carolinæ stirpis Principes, ejusque successores Capetinos, tum Germaniæ Reges & Imperatores postea invaluerunt, ad quietem Europæ & Christiani orbis lacerandam. Operæ erit pretium primam malorum originem introspicere, ut æquo judicio dignoscamus, quo jure vel injuria lis hæc olim agitata, subinde renovetur. Nam avorum memoria Henricus II. Gal. Rex Medio-matri-

Digitized by Google

matricum, Tullum & Virodunum occupens optimo id jure fecisse videri voluit, ex antiquitate potissimum derivato. Cum Ludovicus II. Imp. in Italia rerum potiretur & orbus esset, hujus fratris Lotharii Junioris Austrasiam, vel ab ipsius nomine indigitatam Lotharingiam, patrui Ludovicus Germanicus & Carolus Calvus inter se diviserunt, donec lapsu XX. annorum Germani Gallorum partem sibi penitus arrogarent. Negatur vero istam portionem primam factam esse juris Germaniæ, sed tantum cessisse Germanico Ludovico ut Principi sanguinis Francici. (*b*) Eandem subinde a regno Francico translatam in Franciæ liberos, necessitate transmissionis, non divisionis, non separationis: unde & successionis constantia semper reversam ad Totum, a quo non prorsus recesserat. Indicium Juris non prorsus abdicati est, quod Carolus, Ludovico Germ. fatis functo, Lotharianam ditionem recuperarit. Idem fecisse successores Galliarum Reges porro videbimus.

Sigefr.

(*b*) Tract. de publ. Imp. Sec. App. II. §. 2. 4. 5.

Digitized by Google

Sigefr, Pr. Actum agere tædet: Chi-
etius & plures alii, adversus [Blondel-
um & asseclas, controversiam illam Lo-
haringicam exhauserunt, ut attingere
andem amplius, cum Gallis ineptire sit.
Merito tamen Gallicanti Germano &
ppendicibus illius succenseo, qui ante
ustrum & quod excurrit Ratisponæ, ut
ecuritatis publicæ] quæ tunc calebant
onsilia, averruncaret, Imperii Ordini-
ous persuasurus, nihil sinistri ab instru-
ctis Gallorum exercitibus metuendum,
epidam adornavit fabulam: *Quod Reges
Galliæ contra Imperium Germanorum, nun-
quam quidquam moliti sint, sed Germani sæ-
pius Galliam involarint.* (*i*) Ille improbi-
tatis & falsi manifestus, ut effrontem co-
natum, verisimili specie vestiret, omnem
Austrasiam sive Lotharingiam, & quic-
quid ex Belgica veteri Majores nostri,
vita, labore & sanguine sparso patriæ
adjecerant, Gallis addixit & plena manu
liberaliter largitus est: pernegans, *No-
stratibus quicquam juris in illas provincias
olim competiisse, aut etiamnum deberi.* Quid
hone-

(*i*) d. l. App. 2, §. 14. 30.

Digitized by Google

honesti verique ab hujus farinæ homini-bus, quibus Regium aurum sumptus suppeditat, sperandum? quam patriæ & Germanici nominis nefaria proditio? Emotæ mentis Cæsar Cajus, unam generi humano cervicem, uno resecandam ictu, volebat; nostros Gallicantes torquet, quod Patriam pro voto pessumdare, & una calami strictura, quod telo perficere desperant, a tot seculis illibatam gentis suæ gloriam delere & abradere nequeant. Sed facinoris impietas statim sese pandit. Carolus Calvus vafer & subdolus Princeps, alienique semper appetens, crebro apud diversos scriptores audit; Ludovico Germanico tum ægritudine correpto, intellecta Lotharii morte, regnum ejus statim invasit, atque ad se de eodem venire nolentes, publicis privatisque rebus privavit (uti est in Annal. Fuldens) Fuit itaque violenta occupatio, quæ ad belli factam ipsi denuntiationem, rursum deserta. At *transactione interposita Ludovicus & Carolus, una cum Optimatibus & Proceribus suis ad Marsanam convenientes, Regnum Lotharii æ-*

quis

Digitized by Google

quâ partibus inter se diverserunt. (k) Quis quæso fœdus hoc personale judicaverit, & Ludovicum sibi non etiam hæredibus, quod omnium etiam privatorum contractuum natura fert, prospexisse dixerit? Benedictum a Pedio & Ulpiano, plerumque persona pacto inseritur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur cum quo pactum factum est. (l) Futilis habetur conjectura in re plana, nec admittitur in dubia, nisi rationo subnixa. Nullum sane potentius Carolo jus in nepotis hereditate fuit, cum Ludovicus paris cum eodem sanguinis & juris Francici esset. Quamobrem Galliæ accrevisset, quicquid Provinciarum ex Francorum Imperio Dominis vacuum esse contingit? Germania & Germani fuerunt, qui Francicum condiderunt Regnum, Gallis obsequii gloriam relinquentes. At noster Gallicans, comminiscitur partes & totum, ac centrum in Gallis collocat, enormi prorsus fraude. Maximum vero causæ Gallicanæ momentum ponitur in repetitionibus,

(k) Regino A. C. 870. (l) L. 7. §. 8. ff. d. pact.

Digitized by Google

vit, & Romanis fæderatus, maximum contra Attilam victoriæ momentum contulit. (q) Hujus filius impotenter Dominatus, regno exutus, moxque ab exilio ex Thyringia accitus, (r) successorem habuit Clodoveum (Ludovicum) Regem, qui suis auspiciis Francorum in Galliis imperium longe lateque extendit, & Alemannos (ut jam innui) felici prælio ad Tolbiacum in Ubiis (Tolkirch) Christi Salvatoris tum primum implorata ope, profligavit, & Christianis sacris initiatus est. Hinc nihil contra Germanos, eorumque jactatam discordiam, magnopere concludes, aut Gallis ad gloria incrementum tribues. Pugnatum fuit inter Germaniæ populos, jam pridem æmulos, nec uni Domino hactenus dicto audientes. Invidebant quippe Alemanni Francorum magnitudini, dedignantes vel metuentes Dominium jugumque, quod vicinæ Galliæ impositum cernebant.

Serv. Pac. Non ita sterilis victoria Clodoveo, at gravissima Alemannis sors

(q) A. C. 445. (r) A. C. 449.

Digitized by Google

sors contigit, cum sui juris mancipi haud relicti fuerint. *Plena scilicet fuit servis Alemannia nostra, cujus magna pars hodie Heluetia est; nec est quod sciam montanus pagus aliquis Helueticus, qui rebus Francorum florentibus, durissimam illam servitutem non servierit.* (s)

Sigefr. Pr. Vulgo fertur, Clodoveum devictis Alemannis servitutem imposuisse ad exemplum Romanorum, ut bello servati nec occisi, in Domini liberrimam potestatem pro mancipiis truderentur. Durior equidem facta tum est populi conditio; falluntur tamen qui Romanam hinc servitutem effingunt. Nam antea plebs Alemanna comitiorum quoque gaudens jure, nullo tributorum onere gravata erat, agriculturæ laboribus spretis, armorum & belli curis intenta. *Mos fuit civitatibus, ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit.* (t) A Romanis e contra Rhætis & Noricis, vectigalia, tributa, collationes impositæ.

Frisii

(s) Vadian. epist. ap. Gold. tom. 2, antiq. Alemf. 8. 4. (t) Tac. M. G. 15.

(u) Frisii in usus militares coria boum pe[n]debant. Id aliis quoque nationibus a[r]duum, apud Germanos difficilius toleratum. (x) Quare adversus Romanos insurrexit populus, libertatis acerrimus defensor. Clodoveus ut armorum libidinem plebi eriperet, tributa imperavit, quæ ea[m] agriculturæ addicerent. Servi igitur tu[nc] non militum, sed paganorum (ut I&ti loquntur) indolem retulerunt, colonique sunt redditi, quos agrariæ leges domi imposterum continerent. *Certis & statis exactionibus servi deteruntur, utpote pullis gallinis, numis, certis operis; quibus operibus etiam liberti patronis suis obligantur.* (y) Ejuscemodi servos jamdudum habuerat Germania. *Servis non in nostrum morem, descriptis* (ait Cornelius noster) (z) *per familiam ministeriis utuntur. Suam quisque sedem, suos Penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris aut vestis, ut colono injungit, & servus hactenus paret.* Attamen mansit usu amorum erepto, civitatibus nobilibus.

(u) Id. Hist 5. 25. (x) Id. A. 4. c. 12. (y) Vad. de Monast. & Colleg. Germ. fol. 75. (z) Tac. M. G. 25.

Digitized by Google

libusque intemerata a Francis libertas. Coërcitam vero in hunc modum plebem, affirmo fortunæ etiam Germaniæ cessisse, vulgus enim vel humiliter servire, vel impotenter dominari suerum, hoc obice retinendum fuit, ut patriæ solitudines, in lætos segetum campos verteret, & dextram aratro quam framea exerceret. Nec minus Germaniæ decorum, potentiæque adversus externam vim firmamentum, dissipatas ante civitates, in unum Reip. corpus sensim consensisse. Hoc fortassis asperum illis temporibus visum, quod magistratus civilisque administratio, diversam tum nacta fuerit formam, impositique sint Alemannis ex Francorum nobilitate Principes Comitesque. *Nam alias eligebantur in conciliis Principes, qui jura per pagos vicosque redderent. Centeni singulis ex plebe Comites, consilium & autoritas adfuerunt.* (a) Francis rerum potientibus invaluere Missi Regii, ut illius ætatis scriptores nuncupant: quos tamen tempore procedente, ex ipsis rursum pagis vel provinciis

B dele-

(a) Tac. M. G. c. 12.

delectos, præfuisse constat. Regnum porro in duas partes divisum fuit, ut Austrasiæ nomine Germania veniret, Rege illius Theodorico Metis habitante: Vestrasia vero sive Gallia, in plura abiret regna, donec ob Childerici ignaviam, Merovingorum imperium deficeret, succedente Carolinorum familia.

Serv. Pac. Non immorabimur hisce ut a memoria remotioribus, & ad nostrum scopum haud futuris. Novum enim Caroli M. imperium, novas satis clades Germaniæ peperit. Reputa quid illud cum ViteKindo Saxonum Duce aut Rege, tricennio amplius patratum bellum, non invexerit calamitatum. (b) Thassilonis Bavari defectio, incruentius quidem detonuit, at Saxones, ut antea Alemanni victoria subacti, jugum & servitutem subiere.

Sigefr. Pr. Cum ViteKindo paganæ superstitionis & Idolorum retinentissimo, acriter pugnatum fuit, magna utrinque edita strage, sed quanta inde Germanorum pars adflicta? Alemanni, Boi pluri

(b) A. C. 788.

Digitized by Google

plurimique popularium nostrorum, jam Christiano ritui initiati, veram fidem sectabantur. Quanquam Saxones ab initio pendere tributum jussi, communem devictarum gentium fortunam paterentur, exitus tamen belli felicior fuit. Ita enim pronuntiat Eginhardus in vita Caroli M.; *Ea conditione a Rege proposita & ab iis subscripta, tractum per tot annos bellum constat esse finitum, ut abjecto dæmoniorum cultu, & relictis patriis ceremoniis, Christianæ fidei atque religionis sacramenta perciperent, atque Francis adunati, unus cum eis populus efficerentur.*

Serv. P. Licet largiar ferocientem populum, tributorum onere mitiorem redditum, ut sortis suæ memor, addisceret se non imperio sed obsequio genitum: Reliquum est ut per subsequentium exempla temporum demonstrem, quas ab initio indicavi civiles patriæ dissensiones, arma domestica, prælia, clades semper in Germania fœcundas extitisse, nec æstimandum recens natum morbum, sed pestilentiam esse, manu nostratium perpetuo factam. Ecce in Ludovicum

Digitized by Google

Pium Cæſarem filii non ſemel impie re-
ſurrexerunt. (c) Hoc fatis functo, Lotharius, Ludovicus & Carolus Calvus fratres, infeſtis præliis ad Fontinatam villam decertarunt: (d) Ea pugna tanta dicitur facta ſtrages, quantam fuiſſe non meminerant. Sopita per ſolemnem conventionem, cruenta diſceptatione, Ludovicus Germanicus & Carolus Calvus, Cæſaream dignitatem aperto Marte ſibi quisque adſerverunt. Arnulphi tempeſtate renovatum fuit Normannicum ſeu Danicum bellum. (e) Regnante hujus filio Ludovico IV. occaſione noſtræ diſcordiæ in Germaniam effuſi vel evocati, eam quaſi totam rapinis & incendiis Hungari vaſtarunt, ſtetitque magno temporis intervallo calamitatis ſeries. (f)

Sigefr. Pr. Ludovicus pius Imp. cum intempeſtivo conſilio hæreditatem & fortunam regnorum ſuperſtes divideret filii majores Lotharius & Ludovicus, novercales queſti injurias, quod Carolo fra-

(c) A. C. 830. (d) A. C. 841. (e) A. C. 887. (f) A. C. 900.

Digitized by Google

fratri consanguineo, opimiores cederent partes, nefanda audacia grassati sunt. Et patre defuncto, cum Lotharius maximus natu, imperatoriæ dignitatis fiducia dominari ceteris ambiret, fœdere juncti Ludovicus & Carolus actionem familiæ erciscundæ armis instituerunt. Attamen illud ad Germaniæ Remp. insigniter haud spectat. Imò hinc colligitur patriam nostram sub Ludovico Germanico Rege suo, peculiari & proprio imperii jure gavisam, nec Romano Francorum Sceptro obnoxiam fuisse, usque dum Germanorum virtuti & fortitudini, fastigium pristini Romanorum imperii sese submitteret: ipsa scilicet Italia, cum Gallia, Pannonia, Dania, Polonia, Boëmia, præcipue ab Ottonibus Fridericis, ceterisque gloriosissimis Principibus, in ditionem & dominium Germanorum redactis. Nostra vero Germania inaudito fortunæ beneficio, peregrino nunquam paruit imperio, ab exteris neutiquam subacta, sed intemerata semper libertate, nominis majestatem supra ceteros Europæ populos sustulit. Hanc à majo-

ribus partam præclare gloriam, si nostratibus ad posteros quoque suos propagare animus fuisset, non suspexisset hæc ætas, illos de Germania triumphantes, qui aliàs ejusdem fasces reverenter coluerant. Habes infamem hodiernæ discordiæ partum, cujus exemplum vel imaginem, cuncta antiqitatis monumenta tibi non suppeditabunt. Id persuadere conareris, ut proceres positis suspicionum inanibus, junctis viribus dextrisque, peregrinas injurias & insidiarum sinus fortiter exscinderent.

Serv. Pac. Præceps est festinatio tua, an hodierni saltem temporis sit, illa publice dissentiendi libido, cum vetera sine amore & odio reputaverimus apparebit. Quæ Carolum Calvum inter & Ludovicum Germanicum enata sunt bella non omitti cupio.

Sigefr. Pr. Ludovico II. Imp. sine herede defuncto, Ludovicus Senior Germaniæ Rex, Imperialem dignitatem sibi debitam ut natu majori, merita vendicare instituit. (*g*) Proinde dum Calvus Italiam

(*g*) Annal. Fuld. A. C. DCCCLXXV. & LXXVI.

italiam prn diademate a S. Pontifice impetrando, Romam festinasset, noster Ludovicus Galliam ferme occuparat. Dedit tamen Hincmari Episcopi & Procerum Franciæ precibus, quo minus ambitum Regis in subditorum clade ulcisceretur. Domum itaque abscedens, morbo extinctus est, & vis fati ætatis prærogativam ac fastigium Imperii Germanis tum eripuit.

Serv. Pac. Postremum hoc fuit dictis Regibus bellum, non dissimulandum etiam illud quo de vetusto Austrasiæ regno sive Lothariano, acriter disceptari cœptum. Hinc etenim ortum & nativitatem habent, cuncta certamina, quæ inter Carolinæ stirpis Principes, ejusque successores Capetinos, tum Germaniæ Reges & Imperatores postea invaluerunt, ad quietem Europæ & Christiani orbis lacerandam. Operæ erit pretium primam malorum originem introspicere, ut æquo judicio dignoscamus, quo jure vel injuria lis hæc olim agitata, subinde renovetur. Nam avorum memoria Henricus II. Gal. Rex Medio-

matricum, Tullum & Virodunum occupens optimo id jure fecisse videri voluit, ex antiquitate potissimum derivato. Cum Ludovicus II. Imp. in Italia rerum potiretur & orbus esset, hujus fratris Lotharii Junioris Austrasiam, vel ab ipsius nomine indigitatam Lotharingiam, patrui Ludovicus Germanicus & Carolus Calvus inter se diviserunt, donec lapsu XX. annorum Germani Gallorum partem sibi penitus arrogarent. Negatur vero istam portionem primam factam esse juris Germaniæ, sed tantum cessisse Germanico Ludovico ut Principi sanguinis Francici. (*b*) Eandem subinde a regno Francico translatam in Franciæ liberos, necessitate transmissionis, non divisionis, non separationis: unde & successionis constantia semper reversam ad Totum, a quo non prorsus recesserat. Indicium Juris non prorsus abdicati est, quod Carolus, Ludovico Germ. fatis functo, Lotharianam ditionem recuperarit. Idem fecisse successores Galliarum Reges porro videbimus.

Sigefr.

(*b*) Tract. de publ. Imp. Sec. App. II. §. 2. 4. 5.

Digitized by Google

Sigefr, Pr. Actum agere tædet: Chifletius & plures alii, adversus Blondellum & asseclas, controversiam illam Lotharingicam exhauserunt, ut attingere eandem amplius, cum Gallis ineptire sit. Merito tamen Gallicanti Germano & appendicibus illius succenseo, qui ante lustrum & quod excurrit Ratisponæ, ut securitatis publicæ] quæ tunc calebant consilia, averruncaret, Imperii Ordinibus persuasurus, nihil sinistri ab instructis Gallorum exercitibus metuendum, lepidam adornavit fabulam: *Quod Reges Galliæ contra Imperium Germanorum, nunquam quidquam moliti sint, sed Germani sæpius Galliam involarint.* (*i*) Ille improbitatis & falsi manifestus, ut effrontem conatum, verisimili specie vestiret, omnem Austrasiam sive Lotharingiam, & quicquid ex Belgica veteri Majores nostri, vita, labore & sanguine sparso patriæ adjecerant, Gallis addixit & plena manu liberaliter largitus est: pernegans, *Nostratibus quicquam juris in illas provincias olim competiisse, aut etiamnum deberi.* Quid

(*i*) d. l. App. 2, §. 14. 30.

honeſti veríque ab hujus farinæ homini-bus,quibus Regium aurum ſumptus ſuppeditat, ſperandum? quam patriæ & Germanici nominis nefaria proditio? Emotæ mentis Cæſar Cajus, unam generi humano cervicem, uno reſecandam ictu,volebat; noſtros Gallicantes torquet, quod Patriam pro voto peſſumdare, & una calami ſtrictura, quod telo perficere deſperant, a tot ſeculis illibatam gentis ſuæ gloriam delere & abradere nequeant. Sed facinoris impietas ſtatim ſeſe pandit. CaroluaCalvus vafer & ſubdolus Princeps, alienique ſempet appetens,crebro apud diverſos ſcriptores audit; Ludovico Germanico tum ægritudine correpto, intellecta Lotharii morte,regnum ejus ſtatim invaſit, atque ad ſe de eodem venire nolentes, publicis privatisque rebus privavit (uti eſt in Annal. Fuldens) Fuit itaque violenta occupatio, quæ ad belli factam ipſi denuntiationem, rurſum deſerta. At *transactione interpoſita Ludovicus & Carolus, una cum Optimatibus & Proceribus ſuis ad Marſanam convenientes, Regnum Lotharii æquis*

quæ partibus inter se diverserunt. (k) Quis quæso fœdus hoc personale judicaverit, & Ludovicum sibi non etiam hæredibus, quod omnium etiam privatorum contractuum natura fert, prospexisse dixerit? Benedictum a Pedio & Ulpiano, plerumque persona pacto inseritur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur cum quo pactum factum est. (l) Futilis habetur conjectura in re plana, nec admittitur in dubia, nisi rationo subnixa. Nullum sane potentius Carolo jus in nepotis hereditate fuit, cum Ludovicus paris cum eodem sanguinis & juris Francici esset. Quamobrem Galliæ accrevisset, quicquid Provinciarum ex Francorum Imperio Dominis vacuum esse contingit? Germania & Germani fuerunt, qui Francicum condiderunt Regnum, Gallis obsequii gloriam relinquentes. At noster Gallicans, comminiscitur partes & totum, ac centrum in Gallis collocat, enormi prorsus fraude. Maximum vero causæ Gallicanæ momentum ponitur in repetitionibus,

(k) Regino A. C. 870. (l) L. 7. §. 8. ff. d. pact.

Digitized by Google

nibus, temporis successu vi doloque procuratis. Carolus Calvus post mortem fratris protinus omnem Lotharingiam occupare tentavit. Quod exprobrans ipsi Ludovicus junior Germanicus, nuntiari jussit: *Memor esset nominis Domini nostri JEsu Christi, cujus mentionem coram non nullis testibus facientes ipse & frater, quando Regnum inter se diviserunt, terribiles essent alternam pacem ad invicem pacto polliciti, & pertimescens tantum nomen in vanum accipere, redderet Domino juramenta sua, foedus quod uterque pepigerat inviolabile maneret, &c.* (m) *Sed hujus commodi monita Carolus sprevit, asserens, se cum fratre non cum nepotibus pepigisse.* Commisso autem ad Andernacum prelio, Ludovicus Carolum victum cum nimio exercitus damno & multo dedecore fugere compulit. (n) *Ludovicus autem Rex* (ajunt Annal. Fuld. (o)) *partem Regni Lotharii, cum fratribus Carlomanno, & Carolo aequa lance dividit.* Quemadmodum ipsa

(m) Regino ad A. C. 886. sed fuit A. C. 876.
(n) Sigeb. Gembl. ad d. an. (o) Annal. Fuld. A. C. 877.

Digitized by Google

ſa Germania inter hoſce fratres juſtis portionibus diſtributa erat, mox in unum Regni & Reip. corpus unienda. Hinc vero pateſcit figmentum illud negatæ diviſionis, & quod Lotharianum Regnum Germaniæ non accreviſſe dicitur. Subſequuta etiam tempora id clarius oſtendunt; Poſtquam Carolus Calvus a Judæo Medico Mantuæ veneno interceptus periiſſet, *Ludovicus Caroli Regis filius, timore perterritus, propter injurias a patre ſuo Regi* (Ludovico Juniori) *illatas, legatos ad eum dirigit, pacem poſtulat, & ſe de omnibus, quæ contra eum genitor ſuus geſſerat excuſare nititur. Cujus Legatos Rex audivit & abſolvit.* (p) Quid ergo juris Gallici reliquum tunc fuit? doceat Gallicans: Imo illuſtrius Germanicum jus enituit. *Ludovicus Balbus Rex Francorum moritur, uxorem ſuam ex ſe gravidam relinquens.* (q) *De Regno ejus Francis varie ſentientibus, aliis illud filiis Ludovici Balbi ex concubina deberi judicantibus; aliis Boſoni Provinciæ Regulo, ad illud injuſte invaden-*

(p) Annal. Fuld. dict. loc. (q) Sigeb. Gembl. A. C. 880.

dum assentientibus ; aliis vero illud Regno Germaniæ resociare volentibus. Inter hasce contentiones Ludovicus noster II. seu vetustis provocatus injuriis, sive quod in Lotharingia Hugo ex Valdrada pellice Lotharii filius, res novas moliretur, sive quod Calvi posteritas rebus gerendis impar esset, omnem Lotharingiam, etiam illam quam Galli per decennium tenuerant occupavit, imo & ipsam Galliam sibi subjecit. *Rex Ludovicus natale Domini celebravit in Franconefurt, postea in Galliam profectus, filios Ludovici ad se venientes suscepit* (h. e. in patrocinium suum recepit) *totumque Regnum Lotharii ditioni suæ subjugavit.* (r) Extinctis deinde immatura morte Carlomanno & Ludovico germanis, accidit propitio patriæ fato, ut in natu minimum Carolum cognomento Crassum Imp. omne Francicum Imperium coalesceret, nec deinceps Regni divisiones in Germania auditæ sint.

Serv. Pac. Agnoscit & consentit adversarius tuus in Carolo Crasso Lotharia-

(r) Annal. Fuld. A. C. 880.

Digitized by Google

rianum Regnum rediisse ad suum totum & in eo unitum fuisse. (s)

Sigefr. Pr. Callide equidem, cum nosset, Carolum Crassum quoque Galliæ Regnum summa cum potestate obtinuisse: Quod tamen abnuunt Galli, de tutorio nomine id interpretantes. Sed occulta illi consiliorum ratio est, ut posset Arnulpho, tanquam ex concubina edito (ut fuerunt istius ævi, suntque hodiernum quorumdam Regum illicitæ consuetudines) justum hereditatis vel successionis titulum denegare. Quod tamen si aperte ausit, eo absurditatis prolabatur necessum est, ut explosas Auberii ineptias renovet, & toti Germaniæ dicam scribat: Prius vero æque demonstret, qua ratione Hugonis Capeti progenies, Carolini sanguinis hæreditatem adepta sit? Apparet autem adversarium hic vacillare, dum Arnulphi jus aperto non impugnat, sed ejus minus puræ nativitatis filium Quemtiboldum Lotharingiæ impositum saltim gravatur. Si perinde Germanos Lotharingiam alienasse

(s) dict. Append. H. §. 6.

naſſe vel abdicaſſe dixerit, quam inſulſus fuerit? Viguit tum Imperii Germanici jus, quod deſtituto Carolo Craſſo, in Arnulphum à Proceribus Regni collatum, ab ipſo ſtrenue propugnatum adſertumque fuit. Nullum apud illius ætatis ſcriptores veſtigium reperire eſt, quo vis & ratio imperii dominiumque in provincias, oſsibus perſonæ ita inhæſiſſe colligatur, ut una cum ipſa identidem extingui, judicatum ſit; licueritque provincialibus ſine manumiſsione ad libertatem tranſire. Abſonum eſt aſſerere, Regna quæ populi voluntate conſenſuque deferuntur, ſecundum leges Romanas referre naturam hereditatis jacentis, Rege ſublato. Quicunque noviter creatur, ſine dubio in optimum maximum jus deceſſoris venit. Germania certe, & quæcunque illa ſuo ambitu complexa fuit, nunqum ita unius domus hereditas facta ſunt, ut in Regum ſuorum abſoluto patrimonio cenſeretur. Otioſum fuerit, rem compertam eruditis auribus approbare. Caroli M. Ludovici Pii, ceterorumque Francorum Regum

Digitized by Google

gum ultimæ voluntates, in Comitiis communi consensu firmatæ fuerunt. Unicum huc ferre liceat testimonium: *Ludovicus Rex natale Domini celebravit in Forcheim, inde in Bajoariam profectus est invisere Carlomannum, qui gravi detinebatur infirmitate, ibique Optimates ejusdem Regionis ad se venientes suscepit, ea videlicet ratione, ut post obitum Carlomanni, nullum alium super se Regem susciperent, vel regnare consentirent.* (*t*) Arnulphus noster sublimitatem Germanici Regni & nominis egregie adstruxit, majestatem imperii illius Italia & Gallia supplices agnoverunt. *Carolus (simplex) vires Ottonis ferre non valens, patrocinium Arnolphi supplex exposcit. Æstivo siquidem tempore, jam dictus Rex conventum publicum Vormatiæ celebravit, ubi Carolus venit, & Arnulphum magnis muneribus conciliat, Regnumque quod usurpaverat, ex ejus manu percepit. Jussum est etiam, ut Episcopi & Comites, qui apud Mosam residebant, illi auxilium ferrent, & eum in Regnum inducentes, in sede Regia inthronisarent.* (*u*) Hac ratione evidens est, Gal-

(*t*) Annal. Fuld. A.C.879. (*u*) Regino A.C.893.

Digitized by Google

Gallum Regem Arnulphi nostri fiduciarium effectum: Illudque commentitium Galliæ jus in Lotharingiam, eo tempore nusquam motum cognitumve, sed Arnulphum in quieta possessione stetisse, si Burgundiæ tum Regis machinationes statim evanidas, exceperis; De quibus Regino: *Per id tempus Rudolphus filius Conradi, nepos Hugonis Abbatis, provinciam inter Juram & Alpes Penninas occupat, & apud S. Mauricium, accitis secum quibusdam Primoribus & nonnullis sacerdotibus, coronam sibi imposuit, Regemque se appellari jussit. Post hoc mittit Legatos, per universum Regnum Lotharii, & suasionibus pollicitationibusque Episcoporum & nobilium virorum mentes, in sui favorem demulcet. Quod cum nuntiatum esset Arnulpho, illico cum exercitu super eum irruit: Ille per arctissima itinera fuga dilapsus, in tutissimis rupium locis, salutis præsidium quæsivit, omnibusque diebus vitæ suæ, Arnulphus & Zundiboldus filius ejus, eundem Rudolphum persequuti sunt.* (x)

Serv. Pac. Rebus & animis Gallorum domi tumidis hæc contigere, deinceps viden-

(x) Regino A. C. 888.

Digitized by Google

videndum, an tranquilla nec interrupta possessio, ad justum LotharingiæDominium Germanis vergat. Procedentibus annis, postquam Gallia ab internis malis spiritum recepisset, juris Lothariani haud se negligentem ostendit, quod rerum gestarum series patefaciet. Ceterum tu quidem præfers Germaniam exteris intactam mansisse. Normanni autem sub Ludovico Juniore & Carolo, cladem non unam Lotharianæ Rhenanæque ditionibus intulerunt. Ipsemet Arnulphus Germaniam Hungarorum sævitiæ exposuit, nec in hunc diem crudelitatis vestigia deficiunt. De intestinis tamen nostratium disceptationibus, nobis hactenus maxime quæsitum: Illæ tibi leviores apud antiquos videntur, ut Reip. summam minime attingentes. Quid quæso atrocius quam Imperatorem vel Regem solio dejicere, & ad inopiæ miserias præcipitare? Certe CarolusCrassus illud expertus est. Hæc exauctoratio commonstrat, quam pertinaciter, non solum invicem discordes, sed etiam

Digitized by Google

etiam in Principes suos obsequii impatientes fuerint Germani.

Sigefr. Pr. Non affirmavi *ab externa injuria perpetuo* tutam illibatamque, sed *semper invictam fuisse Germaniam*, cum fortuna & fortitudine meliori, quam cetera Europæ Regna hostibus restiterit: Nunquam enim alienæ Dominationi succumbere cuncta, quemadmodum Italia à Gothis, Herulis, aliaque barbarorum colluvie; Gallia a Romanis, Francis, Britannis, &c. subjugata, servitutem subierunt. Deploro autem ab ipsis Germaniæ civibus id agitari hodie, ut invictum Patriæ decus, avitaque libertas exteris prodita, evertatur. Tunc barbari illi ad asserenda libertatis jura, in Germaniam, ut nuper è Septentrione vindex, non evocabantur. Nomanni occasionem nacti, quod Ludovicus gravibus morbis, Carolus autem in Italia alibique distentus esset, prædandi grassandique licentiam impunius per Lotharingiam exercuerunt. Subinde tamen cladibus multati cessere, donec à Carolo & Arnulpho ad Christianam fidem perducerent-

rentur, quo intuitu quidam vacui Frisiorum agri illis tum permissi sunt. (y) Quam sæve & impotenter Normanni in Gallia dominati sint nostra nihil interest. Quod Arnulpho exprobras jam tum ab illo peregrinam Ungarorum gentem in Germaniam accitam, aliter se habet. (z) Non sollicitavit nec vocavit, quamvis periculoso & præpostero consilio, impetum barbarorum infringere studens, Marahensibus refractariis immiserit. *Arnulphus* (verba sunt Aventini (a)) *celebrem Regni conventum apud Hengstoveld agit. Quo cum sua tebogus venire contemneret, hostis Reip. judicatur. Interfuere eidem concilio Uratislaus ulterioris Poloniæ Præses, & Cusalæ Regis Ugrorum, qui adhuc incertis sedibus in Sarmatia Europæa vagabatur, legati, pollicentes omnes vires suas adversus Suatebogum, si sibi quasi pro stipendio, terra quam armis occuparent, daretur. Grata legatio Arnulpho fuit, statim ipse annuit, & Moravos triplici exercitu invadere decre-*

(y) Annal. Fuld. A. C. 891. Regino ibid.

(z) Luitprand. hist. l. 1. c. 5. (a) Jo. Avent. Annal. Boj. p. m. 363.

Digitized by Google

decrevit. Cusalæ & popularibus suis Dacia destinatur. Subdit idem Aventinus (b) *Cusala in Daciam quam armis subegerat, revertitur. Posthac sex annis, quoad vixit Arnulphus, Ugri sibi ab incursationibus finitimorum contemperarunt, seque intra terminos armis partos continuere.* Ceterum non intelligo, qua ratione obscuret vel deminuat Germaniæ majestatem Caroli Crassi exauctoratio: Principes mortales, Resp. æterna, Attamen contra jus fasque factum puto. Scio homines in pulvere scholastico desudantes, anxie sed nefarie ex pulpito deliberare & decernere, *quod Imp. deponi possit.* Dolendum autem, cum Suecorum illo hostili Lapideo Hyppolito, viros eruditione conspicuos, nomen seditiosæ huic doctrinæ accomodasse. Quasi liceat Ordinibus Imp. si in partes Majestatis sibi non concessas Imp. invehat, in Comitiis eum abdicare dignitateque privatum in ordinem cogere. Lex certe publica hac de re lata nullibi apparet, illi tamen qui declamandi licentiam tanquam pro rostris in foro Romano sibi sumunt, non erubescunt aut

(b) Id Avent. p. 364.

Digitized by Google

aut verentur sine lege loqui. Inesse putant juratæ electionis conventioni, quam Capitulationem appellant, tacitam conditionem, quod nisi Cæsar obligationi inita stet, impleatque quod promisit, pœnæ reus sit. Sed quæso cujus, & quomodo? Subditis de Principibus judicium plane non permittit, communis prudentiæ civilis schola: Et absurda est collectio; abusus est potestate, ergo omni imperio exuendus. Conventio imperium coarctans, indeque resultans obligatio, vel cadit duntaxat in exercitum actus, vel etiam directe in ipsam facultatem. (c) Priore specie, actus contra promissum factus erit injustus: altera autem specie, erit etiam nullus defectu facultatis. Neque inde tamen sequitur, ita promittente superiorem dari aliquem, nullus enim is actus non redditur hoc casu ex vi superiore, sed ipso jure. Quod si ad consuetudinem & usum se convertant sinistre sentientes, meminerint, facta jus condere, nulla quippe scelera exemplis destituntur. Quæ turbatis

(c) Hug. Grot. de I. B. P. lib. 1. c. 3. §. 17.

batis Reip. temporibus per factiones, & validiorum temerarios ausus patrata aliquando fuerunt, si pro legibus & jure venditare velis, quo demum delabemur? Exempla Caroli, Henrici IV. aliorumque, ita suspecta sunt ut etiam diversum sentientes, eorum defensionem non audeant tentare. De Carolo vulgo fertur, quod cum animo corporeque languere inciperet, ac Richarden Augustam, pietate & morum innocentia, tum egregiis & supra sexum dotibus cunctis venerabilem, adulterii insimulatam, cum Luituardo Vercellensi Episcopo itemque Cancellario, thoro & aula pepulisset, in eum cecidisse contemptum, ut obedientia Optimatum se indignum redderet. Sed aliam altioremque rationem Principum animos pupugisse & iras accendisse opinor, quod Carolus, Bosonis rebellis in Italia Ducis, ex Irmengarde Ludovici Augusti filia, procreatam sobolem in filium & successorem adoptasset. - Germani autem in peregrinam dominationem concedere renuentes, compertæ virtutis Arnulphum ad Regnum evexe-

Digitized by Google

evexerunt. Satis aperte id produnt Fuldenses. *Mortuo Bosone, parvulus erat ei filius de filia Ludovici Italici Regis, quem Imp. ad Rhenum villa Chiricheim veniens obviam, honorifice suscepit ad hominem, sibique filium adoptivum eum injunxit. Alemanni contra Luituardum Episcopum dolose conspiravere, qui tunc maxime consiliator Regis in Palatio fuit, & eum à præsentia Imperatoris, omni honore privatum abire compellunt. Mox vero Cæsar gravissima infirmitate detentus est. Ab illo ergo die Franci, & more solito Saxones & Duringi, quibusdam Bajovariorum Primoribus & Alamannorum ammitxis, cogitaverunt deficere à fidelitate Imperatoris nec minus perficere. Igitur veniente Carolo Imp. Francofurt, isti invitaverunt Arnolfum filium Caromanni Regis, ipsumque ad seniorem elegerunt, sine mora statuerunt ad Regem extolli.* (*d*) Abhorruerunt Germani Proceres peregrinos Dominos, idem ut hodie faxint precor, antiquam mentem Numen illis reddat, quos Gallica vertigo tranversos egit. Quo jure vel injuria Carolus Imp. repudiatus sit, aliis excutiendum relin-

C quo

(*d*) Annal. Fuld. A. C. 887.

Digitized by Google

quo. Fuiſſet proculdubio alia moderatiorque via, libertatem patriam ſartam tectamque habendi: Sed exulat ſæpe conſiliorum ſanitas poſtquam iræ & indignationi concedimus. Arnulphus interea domi foriſque gloriam imperii feliciter propagavit. Enituit tum Germana virtus, cum juxta Romæ mœnia caſtris poſitis, miles leporem forte inſectans, excubitoribus e ſtatione profugis, pro animalculo urbem orbis dominam caperet. Fortaſsis objecturus es ulteriora mala, quæ Hungarorum barbarus furor Germaniæ inuſsit. Nam filius Arnulphi Ludovicus IV. (verius III. quoniam Balbus ille in catalogo Imperatorum minus recte collocatur, Regia enim fuit non Cæſarea corona qua eum Joannes VIII. Papa inſignivit, ipſis Gallis teſtibus) in tenera ætate conſtitutus, occaſionem Ungaris præbuit Bajoariam invadendi, cum quibus animoſe, ſed parum proſpere conflixit. Fuit illius gentis graſſatio non ſolum Germaniæ, ſed etiam Italiæ longe funeſta, cum Ungari ferme totam Europam perſultan-

Digitized by Google

tantes, ubivis terrorem circumferrent. *Ungari non modo deficiunt* (ait Bonfinius) (e) *& imperata detrectant, verum etiam provincias Imperii Romani, incursionibus & rapinis ultro lacessunt. Et ne à humilioribus initium facerent, Germanos inprimis adoriuntur. At ubi quacunque iter per Germaniam fecerant, satis superque sævitum est, in Franciam Galliasque penetrant, ubi acceptam à Carolo M. servitutem, illatas cædes, ac abactas denique prædas, abunde statuunt ulcisci.* Nimirum ea tempestate Ungarorum celebris migratio erat, quæ aliis quoque populis per omnem ætatem in hunc usque diem solennis extitit. Reperies in omni veterum memoria, populum quendam singulis seculis mutasse sedes; idemque nostro tempore ac vulnere experti sumus. Quandoquidem vero haud diuturna est possessio, in quam quis gladio inducitur, propitiora rursum fata exspectamus.

Serv. Pac. Sed flagrantibus barbarorum incursionibus, intestina non minus mala Germaniam afflixerunt, Suborta

(e) Bonfin. hist. Ung. Dec. I. l. 10. p. m. 151.

Digitized by Google

Ludovico regnante inter Rudolphum Herbipolensem Antistitem, & Albertum Comitem Bambergensem, ob nobilitatis prærogativam atrocia certamina; quibus Conradus Dux Franconiæ & Hassiæ implicitus, cæsus est. Provinciis utrinque non una clade permistis.

Sigefr. Pr. Facinus hoc, Ludovicus Rex severa expiavit vindicta, perductum enim in potestatem Albertum septennio rebellem, capitali adfecit supplicio. (*f*)

Serv. Pac. Non fraude neque occulte, sed palam & armatum Populum Romanum hostes suos ulcisci, dixit olim Tiberius. (*g*) Dubito an satis honeste vel generose Ludovicus in Albertum haud bona fide captum feralem sententiam statuerit. Execrari debebat fraudem Hattonis Archiepiscopi Moguntini, qui postquam cum Alberto ad jentaculum in arcem revertisset, videri voluit fidem datam liberasse, Comitemque reduxisse salvum & incolumem. Passim damnatur hoc facinus. Otto Frisingensis inquit

(*f*) Luitpr. 2. hist 3. Marian. Scot. A. C. 908. (*g*) Tac. An. II. c. 8.

Digitized by Google

quit : *Judicent de hoc Sacerdotis facto alii quod velint, & tanquam pro utilitate Regni commissum tueantur. Ego omnino nullius emolumenti gratia, non solum quemlibet Christianum circumvenire, sed etiam corde in causa capitali, loqui non debuisse arbitror Episcopum,* (h)

Sigefr. Pr. Ludovicus Hattonem ad insidias patrandas neutiquam impulit, nec de consilii expediendi ratione fuit præmonitus. Hic etiam disquirere non libet, quantum fraude administra in hostes liceat. Tiberianum illud, non ex injustitiæ opinione, sed quadam eximia animi celsitudine perfectum est. Hatto certe ab omnibus perfidiæ insimulatur. Regino Abbas Prumiensis, qui eo tempore vixit & Chronicon suum absolvit, rem prorsus aliter gestam narrat. (i) *Protracta paulo prolixius obsidione, fractus animo Adalbertus, ad callida argumenta convertitur, & omni ingenio excogitare cœpit, qua arte obsidio solveretur, ut exercitu ad propria remeante, optata libertate, potius ipse cum sibi*

(h) Otto Frising. lib. 6. c. 44. (i) Regino A. C. 902.

bi faventibus dolos quos in pectore volvebat, longe lateque effundere posset. Portis itaque apertis à munitione exiens cum perpaucis, ultro se Regi obtulit, supplex veniam de commissis exposcit, emendationem promittit. Sed cum fraus quæ struebatur, suis prodentibus fuisset detecta, custodiæ mancipatur, & in præsentia totius exercitus manibus vinctis adductus, omnibus adjudicantibus, capitalem sententiam suscepit quinto Idus septembris. Facultates & possessiones ejus in fiscum redactæ sunt, & dona Regis inter nobiliores quosque distributa. Nulla hic Hattonis aut doli ab eo constructi mentio: Suspecta idcirco videntur superius recensita. Nam alias extant plurima commenta, de Hattone etiam Moguntino, à muribus corroso, de Belisario excœcato, Friderico Cæsare ab Alexandro P P. pedibus conculcato, & hujus generis narratiunculæ, temere vulgatæ & creditæ, fidem penes cordatiores haud meritæ, quod coævi cujusdam scriptoris autoritate non sint subnixæ. Plus certe tribuendum Reginoni contemporaneo, quam Luitprando, Sigeberto, Godefrido Viterbien-

bienſi, Ottoni Friſingenſi, utpote recentioribus, & qui aliorum ſaltem relationibus niti poſſunt. Regino autem negotiorum minime expers, & tanquam ocularis teſtis habendus. Sed relinquo id aliorum judicio : Sufficit rem indicaſſe, præcipue autem adprobaſſe, ſi turbatum quandoque fuit in Germania, compreſſam quoque eſſe audaciam pœnarum ſeveritate. Huc usque patuit, ſub Carolinis Principibus domi forisque Germanici nominis & orientalis Franciæ majeſtatem, genuino ſplendore effulſiſſe. Jam tranſitus rerum novum obtrectandi campum aperient; ſatis deprehendo, quod non ſolum Patriam nauſeæ habeas, ſed diſcordiis etiam civilibus inquinare ſatagas.

Serv. Pac. Quid juvat ut nobis adulemur? Non cum extincta Carolina propagine, Germaniæ item mutua & inteſtina bella exſpirarunt. Inſequuta ætas, calamitatum veſtigiis ſcatet, inſitamque Majoribus noſtris diſsidendi libidinem & in Patriam odia, liquido oſtendit.

Sigefr. Pr. Quis ſpei adeo ineptæ indulſerit, ut tranquillitatem perpetuo inconcuſſam, in vaſtiſsimo regno ſibi imaginetur? Vivimus non in Platonica & omnibus numeris beata Republ. Navigamus non in portu, ſed ſalo fluctuoſo, variis procellarum tempeſtatibus agitati. Aſt quod vectores navim illam qua ſalutem ſuam tuentur; Scopulis illidi, quam proſpero remigio in littus deduci ament, vel piratarum inſidiis & direptioni exponi eligant, id creditu vanum vel improbum. Eo veſaniæ jam olim Noſtrates progreſſos, forte innuis. Neutiquam id largiri queo, quæ hactenus ediſſeruiſti id non evincunt. Memini Gallicantem de Securitate Publica, omnem moviſſe lapidem, ut perſuaderet, Germaniam domeſticis factionibus fortunam & calamitatem debere, de cetero exterorum beneficiis excultam, ſublevatam non adflictam fuiſſe. An fidem in univerſum invenerit? Dubito. Is ſane tunc erat Imperii Status, ut pacem facile tolerarent Principes, ſi peregrinæ inſidiæ, vis, dolus, & perditorum civi-

Digitized by Google

civium molitiones extra limites nostros stetissent. (k)

Serv. Pac. Puto dictum Scriptorem, quo intrinsecum rerum nostrarum habitum in conspectum daret, non merito recensuisse bellorum prioris ævi momenta, mixta civilium & externorum facie, productis autoribus, partibus, ingruentium aliunde furoribus maxime causis: Nempe libertatis obtentus, æmulorum ambitus, Præsulum motus, Pontificum fulmina, eligentium & eligendorum studia, tandem Religionis dissidium. (l)

Sigefr. Pr. Collaudas Gallicantis ausus, quibus patriam communem ad immortalium professionem litium proscribere aggressus est. Germaniam civilia arma vel nunquam labefactassent, vel mitiori desæviissent fato, nisi exterorum artes, machinæ, & procuratæ fascinationes, furias Nostrum animis immisissent. Proinde evolvamus enatos subinde motus, eorundemque causas, ut bonis civibus ac rerum æquis æstimatoribus

(k) 1668. (l) de Secur. Publ. §. 2. & 3.

ribus integrum ſit judicium, abomindas diviſiones inteſtinas, potius autem exterorum fallacia ſtudia execranda.

Serv. Pac. Priſca rerum memoria, documentum in præſens, in poſterum munimenta ſuppeditat. Tu hodierna acerbe increpas, ex facili tamen toleranda, ſi mediæ ætatis damna, præliorum cladiumque publicarum continua mala contemplamur. Curſim perſtringam potiora, ne patientiam tuam fatigem. *Conradum* I. Arnulphus Bavariæ Dux & Henricus Saxo varie afflixerunt. (*m*) Ille pariter diſtraxit hunc *Henricum* Imp. quo minus victoriam integram de Hungaris reportaret. Cum Carolo Simplice Gall. R. Lotharingiam repetente & occupante, itidem pugnatum. *Ottonis M.* concertatores fuere, Arnulphi poſteri: Henricus ipſius Imp. germanus: Eberhardus Franconiæ Dux: Giſelbertus Lotharingus: Luitolfus filius, & Conradus gener Ottonis. *Ottonem II. & III.* rurſus turbavit Henricus Bajoariæ Dux, ſuffragante Abraamo Friſingenſi

Epo.

(m) A. C. 933.

Digitized by Google

Epo. (*n*) Pullulavit tum denuo Lothariana controversia. Lotharius Gallus Aquas Graneas occupat Orientalem Franciam vindicaturus. (*o*) *Henricum Sanctum* infestarunt ipsius germanus Bruno Episcopus Augustanus: Et Theodoricus frater Cunigundæ Imperatricis Metensium Antistes: Hermannus Sueviæ & Echardus Saxoniæ Duces, Balduinus item Flandriæ Comes (*p*) *A Conrado* II. Stephanus Hung. Rex, ex filii successione legitima, Bajoariam bello petiit. (*q*) *Henricus* III. Balduini rursus Flandri & Godofredi Audacis, Lotharingiæ Ducis motus sensit. (*r*) *Henricum IV.* tanta moles conjurationum exagitavit ut sexagies bis acie collata in campo decertaverit, omni tum Germania perturbata, afflicta cruentata & vastitie præsertim Saxoniæ inusta. (*s*)

Sigefr. Pr. Quos tu initio producis armorum in patria fragores, animorumque divortia, ex æmulatione & ambitu ferme originem ducunt, vitio quod pro-

(*n*) 939. (*o*) 1002. (*p*) 1005 (*q*) 1027. (*r*) 1073. (*s*) 1075.

militum licentia creavit Principes & destituit? Cum Electoralis Collegii Jura Legiones & exercitus usurparent, compertum habemus XXX. tyrannos Romanum Imperium simul invasisse. (u) Sed nulla scelere quæsita potestas diuturna, constat illicitis artibus imperium molientes, temeritatis pœnas exitiumque invenisse. Qui primus Procerum Germaniæ suffragiis Regni dignitatem suscepit *Conradus* Franconiæ Dux, Arnulphum Bavarum rebellem sibi equidem expertus est, sed illum Patria excedere coëgit, ut apud Hungaros extorris triste exilium coleret. (x) Notabile de illo est Comitiale Decretum *Nonis Octobribus* (habet Aventinus. (y)) *Conradus Reginoburgii consilium Procerum & Episcoporum cogit. Ibi Arnulphus proscribitur, eidem Sacerdotes male precantur, hujusmodi denique precibus Thiestæis, ipsi sacrificiis interdictum est:* (z) *Quoniam Arnulphus & socii ejus, inquiunt, Regi & Principi*

(u) A. C. 262. (x) Luitpr. 2. hist. cap. 7. Bonfin. Dec. 1. l. X. p. m. 156. (y) Annal. Boj. 4. p. m. 377. (z) A. C. 916.

ſuo parere detrectant, inferis perpetuo devoti ſunto, nec ullo unquam piaculo reſolvuntor, cum Juda proditore, cum malis geniis, ignis æterni carnificina excruciantor. Poſthæc Conradus Bajoariam in tutelam tradit Eberhardo fratri ſuo, & contra Erchingerum & Bertoldum proficiſcitur, redactosque in poteſtatem. Aldingæ ſecuri percuti jubet. (a) Sic inteſtinæ factiones vi tractatæ feliciter. Alios etiam refractarios Imp. prudentia compoſuit, præcipue Henricum Saxonem atrociorem ex reliquis generoſo & excelſo judicio, morti vicinus Imperii ſucceſſorem deſignavit, Principibusque commendavit. *Henricus* ab aucupii ſtudiis nomen nactus, adverſa jam acie certaturum Arnulphum, ſevera exhortatione ad obſequium reduxit, pacem reſtituit connubiisque firmavit. Deinde Sclavos, Danos, Cimbros, intima Germaniæ magnæ tenentes, perdomuit, atque in Chriſtianæ religionis ritus perduxit. (b) Ungari exercitæ immanitatis pœnas nunc dare cœperunt. Conradus

(a) Regino A. C. 917. (b) Alb. Crant. 1. Saxon. lib. 3. c. 9.

Digitized by Google

dus illos in obsidione Augustæ Vindelicorum occluserat & male multarat. Cum autem finitis induciis tributum exposcerent, Henricus illis canem villaticum, auribus, cauda mutilum, scabie sordidum reddi jubet. (c) Barbari contumelia irritati arma movent, rapina & incendiis passim diffunduntur, quos numnro C. M. palantes nec opinatos, aggressus Imp. tanta internecione delevit, ut cladis superstites saltim 7. auribus, manibus, naribus truncatos ad suos remitteret, & ite inquit: Nuntiate vestris popularibus, ut de cetero se domi contineant, nec aliena appetant, neque ad ea loca, ubi in eos hujusmodi carnificina exercetur ultra accedant. Lotharingiam captare tum ausus ex Gallia Carolus simplex, tempus scilicet aucupatus, quo Germania contra Ungaros arma & dextras collocaverat: quo jure successuque? videndum. Superius sat firmatum, Lotharingiam fuisse citra controversiam in potestate & dominio Arnulphi; quod ipse Gallicans videtur agnoscere, dum ait

(c) Aventin. d. l.

ait § VII. *Ab Arnulphi excessu faciem actorum mutatam*; Carolum simplicem hanc Regni Francici præcipuam partem, quam suam hereditatem largiorem vocabat, armis recuperasse; ope Procerum illius Regni, Raigneri maximè, & ejus filii Giselberti, quibus impotentia Quendiboldi ad Mosam cæsi prægravis fuerat. Astute hic Ludocicus IV. (sive III) silentio dissimulatur, cum tamen & ipse Lotharingiam possederit. Zuntiboldus vel Quentiboldus, obtinuerat à patre Lotharianam ditionem, ajente Sigeberto A. C. 996. *Arnulphus Rex Zuendebaldum filium ex concubina fecit Regem Lotharienfium.* Non summo vel hereditario jure, sed administratorem vel Ducem & in beneficium. Nam Regii nominis species id non infert, cum idem jam antea fecisset Carolus Calvus cum Bosone: (*d*) Et in nostro casu eventus id liquido docet. Zundiboldus cum impotenter dominaretur, irritavit Lotharianos Proceres, qui Germania tum barbarorum irruptionibus quassata, vel quod

(*d*) Regino A. C. 877.

Digitized by Google

quod Arnulqhum filio adprime deditum nossent, in Calliam confugerunt. *Zundibolch Reginarium Ducem* (e) *sibi fidissimum & unicum consiliarium, nescio cujus instinctu, à se repulit, & honoribus, hereditatibus, quas in suo Regno habebat, interdictis, eum extra Regnum infra XIV. dies secedere jussit. Ille adjuncto sibi Odocro Comite & quibusdam aliis, in quendam tutissimum locum qui Dursos dicitur intravit, ibique se communivit. Quod cum Rex cognovisset, coadunato exercitu castrum expugnare conatus est, sed minime prevaluit propter paludes & multiplices refusiones, quas in prædicto loco Mosa fluvius facit. Rege ab obsidione recedente, præfati Comites Carolum adeunt, & eum cum exercitu in Regnum introducunt.* Et paulo post sequitur. *Zundibolch Mosam transiit & ad Forchimagas venit, ubi omnes Proceres Regni qui in partibus illis erant, ad eum confluxerunt. Et ex desperatis itaque rebus vires se recepisse congaudens, resumpta fiducia, contra æmulum ad pugnam proficiscitur. Carolus Neumago reversus Prumiam venit, & inde adversus Zundibolch copias trans-*

(e) Regino A. C. 898.

Digitized by Google

transfert. *Sed approquinquantibus ex utraque parte exercitibus, nequaquam pugna committitur, sed intercurrentibus Legatis pax firmatur, sacramenta jurantur. Carolus transvadata Mosa, in suum Regnum regreditur.* Falsum exinde deprehenditur, quod asserebatur. Carolum ope Procerum Lotharingiam recuperasse. Anno insequente 899. *Zundibolch* (verba sunt Regionis) *colloquium habuit cum Optimatibus Arnolphi, & Caroli & suis apud Sanctum Goarem: ex Regno Arnolphi interfuerunt Hatto Archieps, Conradus & Gebelbardus Comites; ex parte Caroli Haschiricus Episcopus & Odocar Comes. Quid vero in eodem conventu seorsim, sine præsentia Regis pertractatum sit, postea eventus rei luce clarius manifestavit.* Gallicans ait, dict. §. VII. *Carolum cum Quentiboldo ad D. Goaræ egisse, non transegisse, de re cum ipso contulisse, rem non transtulisse.* Sed ex hactenus adductis claret, non de Lothariano Regno, sed indigna Procerum oppressione fuisse disceptatum, quorum insignis numerus in fide & obsequio permanserat. Neque concipi potest, quomodo de Lotharingia

Digitized by Google

gia transferenda actum fit, quam Zundiboldus obtinebat, & tranquille administrare poterat, nisi atrociter imperio abuti maluisset. Mox vero Germanorum jus luculentius patescit. *ob Zundiboldi tyrannidem, inter illum & Priores Regni inexpiabilis oriretur dissensio*, inquit Regino: *Certatim ad Ludovicum transeunt, eumque in Regnum introducunt, & in Theodonis villa manibus datis, ejus dominationi se subjiciunt.* (*f*) Vi cujus, idem factiosos, & rerum semper novarum cupidos Proceres, coërcuit. *Rex* (Ludovicus Imp.) *Mediomatricum venit, ibique in publico conventu Gerardum atque Matfridum proscriptione damnavit.* (*g*) Cum Conradus I. suffragiis Principum Germaniæ primum designaretur Rex, Carolus simplex, opportunos ratus transitus rerum ad res novandas, *virtute suorum Lotharingiam pene omnem recepit*, ait Æmilius, fractis scilicet per Ungaros Germanici Regni viribus. (*h*) Idem vero *Carolus* (ut habet itidem Æmylius & ex illo Joan. Ti-

(*f*) Regino A. C. 899. (*g*) Regino A. C. 905.
(*h*) A. C. 912. ait Æmylius.

Tilius) *Anno 922. reddidit Lotharingiam Germanorum Regi, quo majus ab illo auxilium impetraret.* (*i*) Asserit & hoc Sigebertus, (*k*) *Reges*, ait, *Henricus & Carolus apud Hunnam* (Bonnam) *confœderantur, Carolusque reddit Henrico Regi Lotharingiam, Episcopis & Comitibus, utrinque jurando rem confirmantibus.* Hanc cessionem possessionis violenter & clandestine à simplice indeptæ, Gallicans præfracte negat, oppugnans Sigebertum Gemblacensem, ut Gallis, popularibus quanquam suis, minus æquum, & recentioris ævi Scriptorem: (*l*) Admittit vero Continuatorem Reginonis, tum Ottonem Frisingensem. Prior ita loquitur, & rationem quasi reddit sui testimonii. *Carolus Alsatiam & partes illas Franciæ, juxta Rhenum usque Moguntiam sibi usurpaturus, usque Patennicheim villam juxta Wormatiam hostiliter pervenit.* (*m*) (quæ pars ipsi secundum Æmylium occupanda forte restabat) *Unde fidelibus Regis Henrici*

(*i*) H. Conring. de finib. Imp. lib. I. cap. 6. (*k*) Sigeb. A. C. 923. (*l*) dict. Append. II. pag. 60. (*m*) Contin. Regin. A. C. 923.

Digitized by Google

rici Wormatiæ coadunatis, aliter quam deserat Regem, aufugit. Eodem anno Henricum Rex, adjunctis sibi Rutgero Archiepiscopo, Gisalberto Duce Metensem urbem obsedit, & Witgerum licet diu reluctantem sibi obedire coëgit. A. C. 924. Carolus & Henricus Reges apud Bonnam castellum conveniunt, & pacem inter se facientes fœdus ineunt: & Carolus nunquam sibi amplius Lothariense Regnum ursurpaturum promittens, regreditur. Eodem anno ab Heriberto, comprehensus in custodiam mittitur. Subdit idem A. C. 925. Henrico Regi coadunatum & constabilitum Lothariense Regnum. Posterior ita rem narrat. Itaque cum (secundum quod utrosque Scriptores concordare diximus) Henricus cis Rhenum regnaret, & de Belgica cum Carolo disceptaret, ex voluntate amborum, ad hujus litis scrupulum decidendum, die in oppido Bunne constituta, Belgica Henrico cessit: ac Carolo Celtica tantum & Aquitania, parsque Lugdunensis (Burgundia Regem pro se habente) remansit. Et sic Regnum quod Francorum dicitur, ex paterna hereditate Belgicam Gallicam, cum Palatio Aquis & majori parte Franciæ perdidit

Digitized by Google

dit. (*n*) Seriem invaſionis, recuperationis, conciliatæq; pacis leges, hinc diſcere licet. Annalium autoritas, plane ſubruit adverſarii divinationes, quaſi Henricus pariter ac Carolus aliis irretiti bellis, Lotbaringiæ invadendæ aut recuperandæ vacare non potuerint. Deinde frivola eſt cavillatio, ex annorum levi differentia, geſtorum Scriptorumque fidem in dubium vocare: Exploratum habemus iſtius ætatis Hiſtoriarum conditores, in monaſteriis fere deliteſcentes, in aliis quoque negotiis calculum anxie haud poſuiſſe; eo tamen obtentu falſitatis non coarguuntur. Quod ulterius hariolando colligitur, *tranſlatum fuiſſe nudum poſſeßionem & uſumfructum: ceſſionem ſolemnem non interveniſſe, ſed meram Caroli ſignificationem ſecretam*: Gallica & cerebrina figmenta ſunt. Quid enim ſolennius polliceri poterat Carolus, quam *impoſterum ſe Lotharianum Regnum non uſurpaturum?* Procerum Franciæ, conſenſus, quem enixe urget adverſarius, plane ſupervacaneus in relin-

quenda

(*n*) Otto Friſing. lib. 6. c. 18.

Digitized by Google

quenda ditione Germanici juris jam ab antiquo, ex celebri illa divisione ab A. C. 870. secundum tabulas divisionis, inter Carolum & Ludovicum Reges. Imo secundum Sigebertum consensus Procerum accessit. Inter hosce fuit Giselbertus ceteris forte contumacior, cui in potestatem redacto, Henricus Imp. filiam Gerbergam uxorem dedit, ut fomentum quietis homini noxitatis cupido super adderet. quod consilium callidum & pene fraudulentum sugillat adulator Gallicus (adulatores Imp. nuncupat ille, veritatis contra se testes) immemor quod Comineus scripserat; bella & controversias Principum, similes esse, Comœdorum ludis & scenis, quæ plerumque in nuptias & adfinitates desinunt. Noviter de hoc negotio (ut Nediomotricum, Tullum & Virodunum Gallos juste occupasse adstrueret, licet prorsus frigide) scribit Thuanus: (o) *Carolus cum postea Procerum factione Regno Galliæ depulsus esset, Henrici Saxonis, qui Conrado in Imperio successerat, ope, in regnum*

(o) Thuan. lib. 9.

regnum restitutus, remunerationis loco Austrasiam ipsi permisit, atque in ejus gratiam jure suo cessit. A. C. DCCCCXX. Hæc licet minus accurate tradita, argumento tamen sunt, ipsos Gallos quandoque sincerius agere, quam Germaniæ prævaricatores. Obtemperavit tum Henrico Imp. & Germanis Lotharingia, usque dum à Caroli simplicis filio, nefandæ conjurationis protectore armis impeteretur. *Ludovicus Transmarinus*, ait Gallicans, *Lotharianum Regnum vindicavit, veluti justam suam hereditatem, Lotharianis ipsis id summopere cupientibus quibus Germanicum Imperium intolerandum videbatur, autoribus Giselberto & Eberhardo* (qui in partibus erant Henrici, cum fratre Ottone Imperatore dissidentis) *justis primo armis, infelicibus quanquam.* (p) Ut armorum jactata justitia intelligatur, res paulo altius repetenda. Eberhardus ille inter Lotharianos falso collocatur, fuit Arnulphi Bavari ad Hungaros nuper profugi filius, qui ambitione Ducatus (Bajoarici Bertoldo Regis Conradi

(p) Append. II. §. XI. p. 5.

Digitized by Google

radi fratri collati) Regi rebellis & ob id in exilium missus. (q) *Otto M.* habebat fratrem Henricum, qui Regni avidus, id sibi tanquam in Regia fortuna procreato, Ottoni autem quamvis primo genito privatam patris hereditatem, deberi contendebat. Giselbertus Lotharianæ provinciæ opimiorem partem sibi arrogabat. Præ ceteris exacte rem gestam tradit Continuator Reginonis, dicens A. C. 939. *Eberhardus ab exilio remittitur, totum Regnum inimicis & rebellionibus confunditur. Eberhardus enim & Gisalbertus, cum Henrico fratre Regis, adversus Regem conjurant: Sed quidam Ecclesiastici viri nequam & Deo odibiles, cum illis factione concordant, omniaque passim pacis & concordiæ jura turbabant.* Conati sunt perduelles Ottonem impedire ne Rhenum trajiceret, sed mox fusi fugatique terga dederunt. *Interim Ludovicus Rex Galliæ Romanæ filius Caroli, consilio inimicorum Regis, sub obtentu requirendi Lotbariensis regni, quod pater suus perdiderat, Alsatiam invasit; ubi quæque poterat hostiliter*

D quam

(q) Contin. Regin. A. C. 938.

Digitized by Google

quam regaliter geßit. (r) *Quod Rex Otto patienter non ferens, Caprimontem obſidione abſolvit, & Alſatiam petens Ludovicum Regem expulit. Quo expulſo Briſacum caſtellum munitiſſimum obſedit.* Nemo niſi ſtupore obrutus, Luodovici arma temere ſumpta, improbe uſurpata, negare auſit: ancillabantur enim impio bello, à fratre in fratrem & Auguſtum Dominum cœpto, ſub obtentu recuperandi Lotharienſe Regnum: Utque Germania undique laceſsita, Gallici furoris præda fieret. In hunc finem Imperii Proceres etiam Eccleſiaſtici ad defectionem ſollicitati, & in conſpirationem adducti. *Fridericus Archiepiſcopus Moguntinenſis, & Rudhardus Epiſcopus Strasburgenſis, fixis in obſidione tentoriis* (erat Briſacum caſtellum ut Regin. ad A. C. 953. latibulum Deo Regique rebellantium) *& relictis copiarum quas detulerant ſarcinis nocte clam aufugerunt, & Metenſem urbem adeuntes, Giſelberto & Henrico* (alii addunt etiam Ludovicum ibi ex fuga præſentem) *ſe occurſuros ut juraverant, ſperaverunt. Sed longe aliter*

(r) Contin. Regin. dict. Anno.

Digitized by Google

aliter iis contigit. Nam Gisalbertus & Eberhardus juxta Andernacum castellum, cum suis Rhenum transituri, ab Udone & Conrado Comitibus, ceterisque Regi fidelibus, ne transeant, bellica congressione citoque mortis compendio praeventi. Nam Eberhardus occiditur, & Gisalbertus in Rheno submersus necatur, plurimique ex illorum sociis occisi, reliqui vero sunt fugati & capti. Hæc sunt justa illa arma, quorum infelicitatem Gallicans deplorat. Sed justa proculdubio fuit Divina indignatio, & severa sceleris vindicta. Antistites etiam impune non tulerant perfidiæ crimen. *Fridericus Archiepiscopus ad Fuldum monasterium mittitur, & Rudhardus Strasburgensis Corbeiæ monasterio destinatur.* (s) Quis credat Gallos nunquam Germaniæ injurios, semper amicos benivolos extitisse? Erubescat Gallicans, ejusmodi fucum callidis astutisque venditans argumentis, contra tot experimentorum evidentiam. Vix ausi fuissent factiosi Principes arma capere & cis Rhenum in Germaniam interiorem destinare, nisi Regis Galli con-

(s) Cont. Regin. dict. loc.

filio opeque fulciri. Calcantur subinde perfidiæ vestigia, quæ ut ultionum eadem exempla insectentur, boni quique cives & patriæ dediti, votis efflagitant. Ceterum mansit tum Ottoni M. & Germaniæ, sua Lotharingia, Gallis eam renovatis rursum pactis abdicantibus ait Æmylius. *Francus Rex affinitate cum Ottone juncta, Lotharingiæ spem amisit.* Duxerat autem Giselberti viduam Ottonis sororem. Hinc Gallicanti nova cavillandi ratio conquisita, dum ait *Ludovicum Transmarinum ex Giselbertiana uxoris hereditate partem Lotharingiæ recuperasse.* Qui seculi illius mores & Germaniæ priscas consuetudines novit, facile deprehendit, nec in ipsorum Ducum Comitumve, minus vero in fœminarum & conjugum patrimonio aut hereditate, Ducatus vel Comitatus hæsisse, utpote ab Imperatorum & Regum mero arbitrio ac beneficio pendentes. Alioquin Giselberto superstes fuit filius parvulus Henricus, cujus tutelam gessit Uto Lotharingiæ Præses; (t) Henrico vivis exempto,

(t) Alb. Crantz. Sax. lib. 3. c. 21.

Digitized by Google

empto, Otto Lotharingiam dedit Conrado Franconiæ Duci, despondens eidem filiam Luitgardam. Frigidum itaque commentum est quod de Giselbertiana hereditate proditur. Urget idem Adversarius §. 18. ferens *receptum tunc morem*) cujus facti probatio hactenus illi incumbit) *quo defectu masculorum, fœminæ successerint*: Attamen §. 24. sibi contradicens inquit: *Lex feudalis tanquam Legis Salicæ quædam Soboles, fœminas à feudis majoribus, seu originariis, excludit.* Porro convertit se & captat limites terminosque Lotharingiæ, qui ab Ottone producti non coarctati fuerunt. Duxit enim fossam ottingam, quam Imperii limitropham esse voluit. (*x*) Est autem Hunna vel fossa Ottoniana ea, quam hodie Scaldem Occidentalem nuncupamus; quo apparet Insulam Valacras & Sydbevelandiam, controversi antea juris, per fossam hanc Germaniæ accessisse. A veritate demum in angustias deductus noster Gallicans, transactionem cessionem-

 nem-

(*u*) dict. App. II. pag. 10. & 15. (*x*) H. Conring. de fin. Imp. c. 6.

Digitized by Google

nemque non negat, ut ſuperius de Carolo ſimplice fecerat. *Rex Otto* ait Friſingenſis, (*y*) *rurſum Belgicam ingreditur, totamque in ditionem accepit. Ex hinc Provincia illa Regibus Teutonicorum absque contradictione poſſidetur.* Pactorum fiducia motus ita ſenſerat, Patriam amans Epiſcopus; effectum impedivit Gallorum levitas, quibus ſolenne eſt, inquit Vopiſcus, ridendo fidem fallere. Eo autem ſublimior eſt Germanus candor, & Ottonis M. generoſum conſilium, quia Ludovico Transmarino domeſticis ſeditionibus exagitato, imploratus, ingenti in Galliam ducto exercitu, affinem ſuum vi reſtituit ſolio, cui propemodum exciderat. Criminatur hic Gallicans Ottonem, quod *acceptatio Lotharingiæ indecora fuerit Imperatori, jure neceſſitudinis obligato ſubveniendi ſororio, in quem jam erat pronus, ſola vindicandi Regis gloria.* Sed pace illius dico, falſum eſſe, Lotharingiam fuiſſe pretium auxilii, quæ jam ante virtute pactorum abdicata erat. Et ſi quid tale indecens Regibus, per-

(y) Otto Friſing. lib. 6. c. 19.

Digitized by Google

perfrictæ frontis Autor ille eſt, qui alibi afferit: Captas urbes, Tullum, Virodunum Mediomatricum, velut in belli opisque latæ pretium (nimirum quibusdam Germaniæ Principibus, patriam adverſus Carolum V. Cæſarem turbantibus) Henrico II. Gal. Regi ceſsiſſe. Si autem dedecus quoddam hic verſatur, non Germaniæ ſed Gallorum pateſcit, ex nuperis ſatisfactionibus & tabulis pacis Monaſterienſibus. Quod alias affertur de *communi adminiſtratione Regni Lothariani*, ut ineptum non moror: Siquidem ex ipſius adverſarii confeſſione manifeſtum eſt, quod Otto Imp. (z) pulſo Conrado genero rebelli, Lotharingiam Brunoni fratri ſuo Archi-Præſuli Colonienſi commiſerit; qui etiam aliquot provinciæ iſtius partes, feudi nexu diſtribuit fide & honore dignis.

Futile autem effugium eſt, id Lothario Rege Galliarum impubere accidiſſe; quare etenim hoc Imp. jure ſuo optimo maximo utens, aliàs facere pro lubitu non potuiſſet? Quis conceſſerat Gallis

(z) Contin. Regin. A. C. 953.

tribunitiam intercedendi poteſtatem in Regno Lothariano ? Scilicet Gallis licuit tempori inſidiari, & Germanis in Italia vel domi occupatis extrema Imperii vi fraudeque carpere; ſed ſua Germanis tueri, pactorum fidem vindicare, de rebus & provinciis ſuis diſponere, contra jus fasque ſit infandis illis Gallicantibus.

Jam ad domeſtica revertendum, diſpiciendumque utrum inteſtina Noſtratium bella & motus, Germanicum Imperium fœdare, an ſalubria ex illis monita exemplaque capi queant? *Ottoni M.* cognomenti elogium adverſarii circumdederunt, occaſionem ipſi præbentes, majeſtatem Imperii, fortitudinis & prudentiæ vires exſerendi. *Eberhardi*, *Giſelberti & Epiſcoporum* infidelium miſerandum exitum pœnasque jam intelleximus. *Dancuardus* frater Ottonis ex concubina, Saxoniæ dominari tentabat, quæ Gereoni Comiti erat conceſſa; ſed armis victus, cum in templum confugeret, à milite confoſſus interiit. *Ludolphus* filius Ottonis jam Dux Sueviæ & *Conradus*

gener

gener Imperatoris, præferentes, repetitis cum Adelheide nuptiis, & recepto in gratiam Berengario sese, læsos obsequium & reverentiam exuentes, conjurarunt: His se junxerunt *Arnulphus & Hermannus* Schirorum Principes, gravati quod Bajoariæ Ducatu immerito excidissent. At D. Uldarici interventu, Suevi contra Imperiorem arma capessere detrectant; Ludolphus & Conradus post supplices Ottoni, multis lacrymis misericordiam extorserunt; Ille post immatura morte extinctus vitam, hic Lotharingiæ Ducatum amisit: Reliquis exilium cessit. Ungari à rebellibus in subsidium vocati, vel nova grassandi libidine Germaniam infestantes, ad Lycum amnem internecione deleti sunt. Bultzko Rex captus cum quatuor Principibus, Ratisponæ ante portam Orientalem quæ Ungariam versus spectat, patibulo affixi, laqueo necati fuere. (*a*) Trophæa Ottonis in Italia, Boëmia, Dania & alibi parta, sileo, ne panegyrin pangere videar.

(*a*) Avent. Boj. lib. 5. pag. m. 339.

Adversus *Ottonem II.* insurrexit rursum in Bojis *Henricus*, ex merito rixosus appellatus, à Frisingensi Episcopo Abrahamo Ratisponæ inunctus; sed uterque mox relegatus, nec turbarum renascentium validus fuit strepitus. Italia tum desiderabat Imperatoris præsentiam, sed prius recruduit Gallorum furor. *Lotharius*, ait Gallicans, *facto fœdere cum Raignero & Lamberto, redintegrare Regnum suum statuit.* Erant illi inter optimates Lotharingos rebelles, Gallorum invitationibus incensi; scilicet *supra Hannam fluvium castello Buxide munito, Lotharingiam infestabant.* (*b*) Et ut idem Sigeb. habet anno 974. *Otto Imp. castellum Buxidis obsidet, captum diruit, captos in eo exiliat, nec tamen Reignerus à rebellione desistit.* Cum hisce turbonibus præclarum fœdus percussum, & bellum pari justitia sumptum. Nam factus fuit subdole impetus in Ottonem II. Aquisgrani secure diversantem. *Rex Lotharius cum electo numero militum, repente invasit Aquisgrani palatium, seditque ibi tribus diebus.*

(*b*) Sigeb. A. C. 973.

Digitized by Google

bus. *At Imperator cum exercitu insecutus est Lotharium usque ad Sigonem*(sequanam) *fluvium, & usque ad S. Dionysii cœnobium, eumque non apprehendit, quia fugiendo evasit.* (c) Reddita fuit hosti aperto Marte clades, quam inopinato contra fidem & per insidias intulerat, sub urbiis Parisiorum in cinerem redactis. Sed pax vicissim coiit, solita perfidia vicissim violanda. *Otto Imp. & Lotharius Rex convenientes super Charum fluvium, pacificantur datis invicem sacramentis, & Rex Lotharius Lotharingiam abjurat.* (d) Hanc pacem Gallicans dicit *turpissimam, qua victo victoris præmium cessum, vano metu novi cum Ottone belli, sibi retento summo ejus jure, Proceribus Franciæ multum indignantibus.* (e) *Ergo non libero animo, non Procerum consensu, illud Ottoni in feudum concessum ab Lothario; sed actu irrito quamvis jurato dicit ille.* Falsum est statim Ottonem victum fuisse; Regionis Continuator ad annum 978. saltem dicit; Illum *in redeundo circa Axonam fluvium partem impedimentorum amisisse.*

(c) Lamb. Schafn. A. 978. (d) Sigeb. A. C. 980. (e) dict. Append. II. §. 13.

amisisse. Lotharingiam infeudum concessamOttoni a Lothario, dict. Append. pag 60. firmat ex Guil. Nangio monacho Gallicano, qui post annum 1300. vixit; is hic merito repudiandus, cum nihil tale vel Æmylius habeat, vel alius aliquis accuratior rerum istarum Scriptor. Nam contra historicum recentiorem, valida est argumentatio ex traditis veterum. Et eatenus vox negantium qui præsentes fuerunt, longe præferenda est affirmantibus nec visa, nec à fide dignis audita, nec valido documento probanda. Præsertim si narratio aliunde fiat improbabilis. In confesso etenim est, quod Otto II. Imp. in Italiam abiturus, Lotharingiam feudi nomine in Carolum Lotharii fratrem transtulerit: post pactum Charense, ut agnoscit adversarius, quamvis Sigebertus anno 977. hoc assignet, ajens: *Ducatus Lotharingiæ datur Carolo, fratri Lotharii Regis Francorum, multis insuper conducto beneficiis, ut & ipse ab insolentiis desistat, & fratris sui Lotharii motibus obsistat.* Quod summum jus reservatum fuerit, à Lothario figmentum

Digitized by Google

tum esse vel hinc constat. Sed cum nulla hic à Sigeberto dantis mentio fiat, & a quo datum fuerit? Gallicans interpretatur de Lothario, quasi is Carolo fratri in appanagium Lotharingiam concessisset: sed quam false, patet ex verbis, *fratris sui Lotharii motibus obsistat.* Chronicon Hollandicum, & Belgicum Magnum, ab adversario producta, recentiora sunt quam ut hic admitti debeant. Imo posterius nihil tale habet, verum plane obloquitur Gallicanti. Nam dicit, cum Caroli Lotharingi filius, Otto, sine prole mascula diem obiisset. *Gerberga soror ejus, quia fœmina fuit Ducatum Lotharrngiæ amisit, quem sex de Ardanna subsequentes adepti sunt per imperatorem.* (*f*) Quod de vano metu, & Procerum consensu adfert: Ineptum est, & supra refutatum. Hugo M. qui Abbas & Cappucius. Capetorumque propagator, Regnum Galliæ sibi paraturus avide arripuit quamcunque actionem Regum, ut criminandi & odia serendi materiam

(*f*) Magn. Chron. Belg. ex edit. Pistor. pag. m. 90.

Digitized by Google

& obtentum. Idcirco Gallicans validum magis jus à vi & injuria derivat, inquit: *Lotharius cognita Ottonis morte in Italia, ſolutum ſe ratus pacti vinculo, quod tam habebatur temporarium, & ad alterius fortiu mortem firmum duntaxat, vi iterata illud* (Lotharianum) *recepit, Verduno obſeſſo, capto eius Comite Godofredo Arduennenſi, poſt Capeti interventu liberato, Verduno eidem reſtituto.* Non tamen Comiti ſed Imperatori Ottoni III. reſtituit, bello adactus, ut diſerte dicit Sigebertus: (g) *Lotharius Rex videns Ottonem Imp. virtute militum ſuorum proficere, urbem Virdunum & Godefridum Comitem reddit.* Ceterum ultima fides inter homines, quam nulla delebit ætas, eſt ea quæ per jurata pacta, ſponſorem adhibet Deum. Nec enim perſona ſola reſpicitur cui juratur, ſed is cui juratur Deus, qui ad obligationem pariendam ſufficit. Uſque adeo non poteſt dici Lotharius, à jurisjurandi vinculo ſolutus. Sed ecce novam Gallicantis philoſophiam. *Sicut vero cedere mancipio ſeu in feudum* (quod falſum & con-

(g) Sigeb. A. C. 985.

Digitized by Google

confictum jam constat) *non est abjurare, ita abjurare non permittit recuperare, quod vero recuperatum est, non videtur vere abjuratum fuisse, aut abjurari potuisse.* Nec in Punicis reperias eam fidei lubricitatem. Antiquæ sapientum Academiæ ignorant hanc illationem: Qui rem alteri datam eripuit, non transtulit: quod Rex Galliæ invasit, recuperavit, quod recuperavit, non cessit nec abjuravit; ergo juste invasit: Franciscus I. R.G. Madritianam conventionem cum Carolo V. initam, implere recusavit, ergo non juravit. Ad Comicorum scenas pertinet hæc oratio, Acciano lenone digna vox: *quod promisi lingua, eadem nunc nego, dicendi, non rem meam perdendi gratia hæc nata est mihi. Quæ hæc factio est? non debes? non juratus mihi est?* Expedita responsio est: *Juratus sum & nunc jurabo, si quid voluptati mihi est. Jusjurandum rei servandæ non perdendæ conditum est.*(h) Sanctiorem & meliorem animum largiatur Gallicantibus æternum Numen, ne cum jurejurando, ut pueri astragulis ludant. Pax rursum coiit,

(h) Plaut in Curcul, & Rud.

Digitized by Google

coiit, de qua omnino audiendus, Guil. Nangius ſupra ab adverſario probatus, ut luce meridiana clarius conſtet, reſervatum illud in Lotharingium jus, dationemque in feudum, putidum eſſe commentum. Anno 985. *Lotharius Rex*, inquir Nangius, *videns Ottonem Imperatorem Ottonis filium, virtute ſuorum militum proficere, mandatis & apicibus ejus obtemperans; Virdunum urbem reddidit, & Godefridum Comitem de carceribus liberavit, tractatumque concordiæ, cum patre ſuo jam pactum, cum eo ſtabilivit.* Hæc poſtrema fuit cum Gallis Carolinis Lotharingicæ diſceptatio ac conventio, quæ illam provinciam Germanis ab antiquo debitam & poſſeſſam, ſed vi fraudeque ſæpius petitam, ſolemniter rurſum adſtruxit. Deinceps in Capetinis ceſſat Carolinum illud jus ſanguinis, quod cunctis molitionibus prætextum & colorem præbuit. Sed redeundum in Germaniam & ad *Ottonem III.* Is dum impubes eſſet, *Henricus Bojus*, Trevirenſi ſuo exilio, tutelam Imperatoris, vel ipſum Imperium commutare intendit. Sed

à Prin-

Digitized by Google

à Principibus Germanis in Bavariam restitutus quiete post hac egit.

Henricus II. Sanctus Cæsar, *Heriberto* Coloniensi Antistiti, regni insignia detinenti facile extorsit: Fratrem suum *Brunonem* Epicopum Augustanum, sibi repugnantem persequutus, ad Hungaros profugere coëgit. *Theodoricus* Metensium Præsul, Cunegundis Imperatricis germanus dolens dotem & patrimonium sororis suæ, donari a Cæsare Bambergensi Ecclesiæ, rebellat: Expugnata mox Metensi urbe supplex veniam impetravit. *Eccardus* Thuringus Augustæ potestatis procus, à Northeimensi Comite interemptus est. Neque *Hermannus* Sueviæ Dux impedire demum potuit, quo minus Cæsar Moguntiæ diadema caperet. *Henricus* item Marchio, Ottonis M. ex Ludolpho nepos, pœnitentis habitu sese offerens, custodiæ mancipatus fuit. Pugnavit Cæsar precibus quam armis fœlicius, atque in tam immensa ergaReligiosos liberalitate, inexhaustæ semper ipsi fuerunt divitiæ. *Balduinus Flander* in Lotharingia turbas ciebat,

Digitized by Google

ciebat, ægre ferens ab Henrico II. Imp. Brabantiam, &c. Godefrido Arduennensi concessam: Sed bello victus, impetravit tamen ab Imp. Valentinianam urbem & Valacras in feudum.

Serv. Pac. Levi brachio etiam imposterum non tractanda Lothariana controversia, siquidem & Reges Capetini, res jusque suum repetitum iverunt. Robertus Galliæ Rex, interpellavit imperatores Germanicos, armatisque vindiciis asseruit sibi & suis Superioritatem in Lotharingiam, quæ à Lothario Rege adversus Ottonem II. Cæsarem reservata erat. Hanc cum nunquam abdicasse reperiantur Capeti successores, non possunt Cæsares Germanici pro justis feudi Dominis venditari; non obstantibus cunctis concessionibus, collationibus in Godofredos, Albertos, Gerardos, &c. factis, uti semper vitio suo laborantibus. Exinde claret, Gallos invadendo & recuperando Lotharingiam, Germanis molestos vel injurios haud fuisse. Patria nostra sibi dedita, certe propitia magis fortuna uteretur, coërcendo domestica mala,

Digitized by Google

mala, & in visceribus suis pullulantes divisiones, quam exteris finitimisque inhiando.

Sigefr. Pr. Gallicanti nostro hactenus pro fundo fuit, Carolinum jus Principum Francici Regni : hoc in Capetinis sublato & emortuo ; novam induit personam, per commentitiam Superioritatem Lotharianam, prætensiones Gallorum lubricas fulciens. Sed cum illa narratio & fabulosa hypothesis, omnino negetur & nunquam rite probata sit, machinæ etiam Gallicæ ejusmodi fulcris innixæ collabuntur & in pulverem abeunt. Operose tamen deducit adversarius Cæsares Conradum I. Henricum I. & Ottones ex Carolina prosapia non esse oriundos. Mirum quod solita audacia, Capetinos tanquam Carolino sanguine procreatos, nobis obtrudere haud allaborarit. Extinctam ille in Germanis Carolinam stirpem anxie probare satagit : (*t*) Interea vero Reges Galliæ, Carolinum suum quod jactant genus, ex Germania arcessere volunt. Hugonem M. Abbatem, Capeti patrem, fuisse Gallum

(*t*) Append. II. pag. 63. 64.

lum & nequaquam à Francis prognatum, extra dubium eſt. Sed putat Guil. Nangius, Hugonem Capetum materno genere ad Caroli M. ſtirpem pertinuiſſe. (k) Mathildis quippe Henrici Aucupis uxor, Ottonis I. mater, à Ludovico Arnulphi filio, Carlomanni nepote, dicitur eſſe genita, & ex hac Mathilde nata Henrico Haovida Hugonis Capeti mater. Falſo autem hoc ſtatui, veterum Annalium autoritas evincit. Sigebertus ait: (l) *Poſt Henricum Otto filius, ex Mathilda filia Theodorici Regis Saxonum, imperavit.* Idem habet Luitprandus lib. 4. cap. 7. Alb. Krantzius Saxon. lib. 3. cap. 2. dicit: *Erat Henrico Regi conjunx, conſors Regni clara atque nobiliſſima, nomine Mathildis, filia Theodorici Comitis de Ringelheym, ex eadem Saxonum gente, cui fratres eſſent Wedekindus immotus, atque Reginbertus. Erant autem omnes hi, Rex cum Regina, & qui ante nominati ſunt, ex ſtirpe Windekindi magni Ducis Saxoniæ, qui bellum geſſit in Carolum M. per annos XXX.* Hinc liquet Francorum Galliæ Regnum à Ca-

(k) Annal. Franc. Pith. (l) Sigeb. A. C. 939.

Digitized by Google

à Carolo M. posteris, novam in familiam Comitum Parisinorum Hugonum demigrasse, qui Gallicæ Saxoniæque originis cum Caroli M. stemmate nihil commune habent. Etenim defuncto Ludovico Rege Gallicæ ex Carolinis ultimo, superstite quamvis hujus patruo Hugo Capetus Regnum invasit: Fertur quidem ille moriens, huic Regnum donasse; verum egregia vel lepida liberalitate, quam probe attendat Gallicans, qui strenue pernegavit, quod nec Lotharingia tot tamque sanctis conventionibus cessa & derelicta, in præjudicium Principum sanguinis Carolini alienari unquam potuerit. Nam Lotharii Regis frater Carolus, Lotharingiæ Dux, proximus agnatus & hæres supererat, qui bello Galliam vindicaturus, proditione Anselmi Antistitis Laudunensis, in Hugonis potestatem redactus, Aurelianis turri inclusus diem obiit. (*m*) Caroli filius & in Lothariano Ducatu successor, erat Otto, *quo mortuo Ducatus Lotharingiæ datur Godefrido filio Godefridi Ardennensis*,

(*m*) A. C. 989.

Digitized by Google

(*n*) Vanissime hic dubitat Gallicans, à quo? cum id non exprimatur: Facile constat Henricum II. jure imperii & decessorum fuisse usum in Lotharingiam, quemadmodum & subsecuti Imperatores, (*o*) Conradus II. Gotheleoni: Henricus III. Alberto, & post Gerardo Alsato Mosellanicam, Friderico Arduensi Ripuariam; Henricus IV. Conrado filio suo Brabantiam, eandemque mox Henrico Limburgico: Henricus V. Godofredo Barbato, contulere; licet Galli irrito conatu intercedere, & Imperatoribus obniti fuerint ausi. Scilicet rebelles Germaniæ & Lotharingiæ optimates, ope ac consilio, foventes instruentesque; quod mihi adprime docendum, ex Sigeberti Chronico. (*p*) *Castrum Valentianas situm in marchia Franciæ & Lotharingiæ, quod Balduinus Comes Flandrensium invaserat, Imp. Henricus obsidet; concurrentibus ad auxilium ejus Roberto Rege Francorum & Richardo Comite Normannorum.* Quis non perspicit Gallos pro-

(*n*) Sigeb. A. C. 1005. (*o*) Sigeb. AC. 1010. 1033. 1048. (*p*) Sigeb. A. C. 1006.

Digitized by Google

protinus cum rebellibus arma sociasse, in Germanorum injuriam. Sed iste tumultus propere compositus, uti & alius sub Conrado II. *Robertus Rex Francorum ad invadendam Lotharingiam animum intendit, sed cito ab hoc conatu desistit.* (q)Et rursum, *Odo Campaniensis contra Imp. rebellans, Lotharingiam incursat, castella oppugnat, urbem Leucorum quæ Tullus dicitur obsidet, & in nullo temperat furori suo.* (r)Sed anno insequenti; *Goshelo Dux ægre ferens insolentiam Francorum cum Lotharingis, occurit Odoni, & conserto prælio apud Barum Odo perimitur, & Francorum exercitus gravi cæde attritus, à Lotharingia fugere compellitur.* Incidi non descendi in Lotharianam hanc disquisitionem, quæ peculiares commentarios desiderat habetque, ut supra innui. Saltem in illustri argumento ostendendæ erant fraudes eorum hominum, qui prostituto candore, Germano, exterorum ambitioni improbe ancillantur. Cujus æris sint quæ Gallicans ulterius procudit? Ex hactenus illatis pronum est dijudicare: Idcirco finem

(q) Idem A. C. 1026. (r) A. C. 1036.

finem huic disceptationi imponam. Alias hic magno numero ipsos Gallos laudare possem, qui Lotharingiam Germaniæ accessisse, ejusdemque mansisse feudum largissime adfirmant. Totius autem Galliæ testimonium irrefragabile, nodum hunc Lotharianum, expeditius quam Alexandri ferrum dissolvit. Quantum Rex Gallus potestate & imperio supra subditos eminet, ipsius quoque confessio privatorum opiniones superare debet, edita nimirum in tabulis Vestphalicæ pacis. Verba hæc sunt: *Pro bono pacis conventum est. 1. quod supremum dominium, jura superioritatis aliaque omnia in Episcopatus Metensem, Tullensem & Virodunensem, urbesque cognomines, eorumque Episcopatuum districtus, & nominatim Moyenvicum, eo modo quo NB. hactenus ad Romanum spectabant Imperium, imposterum ad Coronam Galliæ spectare, eique incorporari debeant in perpetuum.* (s)

At palmarius Gallicantis scopus fuit, monstrare, Galliæ Reges plane nihil in Germaniam sequius molitos. Qui hdbet

(s) Instr. Pac. Cæs. Gall. §. 70.

Digitized by Google

habet aures audiat, & credat Judæus apella.

Antiquiora quædam tetigi vulnera; recentes insidiæ ac injuriæ, in memoria & oculis piorum Germaniæ civium ita versantur, ut nulla efficaciori ratione intelligantur, quam quæ cum privato cujusque dispendio, vel justo dolore conjuncta est. Spero Gallicantem patrii decoris libertatisque peculatorem, tanquam in furto manifesto deprehensum iri.

Intestinæ nævos discordiæ, quos ille perverso studio ostentat, ingenuus quisque Germanus longe aliter tractare deberet, quod porro ostendam.

Conradum II. inter ceteros Germaniæ Principes Ordinesq; ut loquimur, etiam Lotharingi præsentes suffragio Cæsarem designarunt: (*t*) perspicuo documento, Lotharingiam pro Imperii provincia reputatam; tum originem Electorum erronee ætati Ottonis III adsignari. Dum Conradus Italiam componeret, in Germania conjurarunt, *Fri-*

(*t*) Wippo in vita Conr.

dericus Lotharingus, qui mox ſubitaneâ morte extinctus, molitionibus finem impoſuit: *Cuno* Dux Vormatienſis, propugnaculorum deſtructione gratiam Cæſaris emercatus: *Erneſtus* Alemanniæ Dux Conradi privignus, contumacia acrior, cum ſe dederet, in rupe Gibichenſtein diu captivus, etiam libertate & honore recuperato, cum ferociam non deponeret, hoſtis publicus judicatus, in pugna trucidatus interiit. *Stephanus* Hungariæ Rex filio ſuo Bavariam ut materno jure debitam armis petiturus, at ſtatim bellum deprecans pacem obtinuit.

Henricus III. coërcitis & velut in herba extinctis, factioſorum in Flandria auſibus; ſi demas cum Boëmis & Ungaris levia certamina, tranquillo gavisus eſt imperio. Tum Ungaria devicta & quaſi in ditionem Imperii Germanici redacta, tributum pendere debuit. (*u*)

Henrici IV. (qui & Magnus indigitatur) ætas, omnino funeſta & patriæ calamitoſa extitit. Causa in aperto, quod ado-

(*u*) Vid. Avent. Boj. lib 5.

Digitized by Google

adolescentibus annis initio Matri tutrici, mox Episcopis obnoxius, aliorum culpa invisus, abruptæ contumaciæ Saxonibus exosus. Attrivit adversarios & attritus est; Princeps bello egregius, tot præliorum hostiumque victor, certe meliori temporum fato dignus. *Tunc autem,* Sigebertus ait, (x) *in Ecclesia Scandala & in Regno augescunt dissidia, dum alter ab altero dissidet, dum Regnum & Sacerdotium dissentit, dum alter alterum excommunicat, alter alterius excommunicationem, aut ex causa aut ex personæ præjudicio contemnit, dumque alter in alterum excommunicandi autoritate magis ex suo libitu, quam ex justitiæ respectu abutitur.* *Saxones* rebellionis manifesti statim inter se collisi, mutuisque vulneribus cadunt *Otto & Bruno* Duces. Illi, cum prædandi licentiam castellis hinc inde per Saxoniam extructis, coërcitam, falso libertatis obtentu rursum appeterent, instinctore *Ottone* Bavaro, ad arma processum, qui abrogato sibi Ducatu, in seditione pertinacior fuit. *Rudolphus* Suevus per turbas Cæ-

(x) Sigeb. A. C. 1088.

ſar creatus, aliquot præliis fractus, abſciſſa dextra interiit. Degener hic Scævola animam agens Merſeburgum delatus, luculentum nuncupavit poſteris teſtamentum, aſtantes ita affatus Epiſcopos & optimates: (y) *Hæc eſt manus qua ego ſacramenta præſtiti Henrico Domino meo, vobis tamen urgentibus, toties in eum infæliciter pugnavi. Ite & implete primam Regi veſtro fidem, nam ego vadam in viam patrum. Hermannus* Lucelburgius Anti-Cæſar jacto in caput à muliere Saxo oppreſſus: *Ecbertus* item Saxoniæ Marchio à militibus in molendino confoſſus eſt. Filius Imp. Henrici *Conradus*, cum ſe Italiæ Regem & jam diadema ferret, præcox eum mors rebus humanis eripuit.

Nulla ſcilicet improbe quæſita poteſtas diuturna. Ex iis quæ hactenus allata ſunt, id nunc maxime eniteſcit: *Neminem ex Germanis Proceribus impune unquam reſtitiſſe ſupremæ & à Cœleſti Numine ordinatæ Imperatorum poteſtati.* Imo ex recenſitorum numero nullus reperitur, qui

(y) Alb. Kranz. Sax. lib. 5. c. 7.

Digitized by Google

qui Cæſari & Auguſto Domino repugnans & rebellis, ſe ſuaque non in extremam calamitatem aut perniciem præcipitarit. Nullum monſtrabitur ex omni memoria exemplum pertinacis irreverentisque contumaciæ, quod juſta vindicta pœnaque non fuerit emendatum. Valet hodie vigebitque in omne ævum, Sanctum Imperatoris Imperiique auſpicium ſemper inviolabile. In conſpectu adhuc ſunt fatalis hujus caſtigationis luctuoſa veſtigia, quæ certe quemlibet in obſequio & officio boni civis continerent, ni improba quandoque ſpes, & ſeculi corruptela, ſubinde in transverſum agerent, quos vel neceſsitudinis ratio, vel ſanctioris profeſsio vitæ, merito abſterrere deberet.

Serv. Pac. Paradoxa narras, quæ vix fidem invenient vel merentur. En tibi, *Henricus V.* Imp. qui patrem & Dominum dignitate ſpoliatum in ultimam detruſit miſeriam. *Henricus IV. templum Deigenitricis apud Spiram conſtruxerat, præterea civitatem & Epiſcopum decenter pro-*

moverat. (z) *Dixit ergo Cæſar ad amicum ſuum Epiſcopum de Spira: Ecce deſtitutus regno decidi de ſpe, nihilque mihi utilius eſt, quam renuntiare militiæ. Da ergo mihi præbendam apud Spiram, ut ſim famulus Dominæ meæ Dei genitricis, cui devotus ſemper extiti. Novi enim literas, & poſſum adhuc ſubſervire choro. Ad quem ille, per Matrem inquit Domini, non faciam tibi quod petis. Tunc Cæſar ſuſpirans & lacrymans, ad circumſtantes ait: Miſeremini mei, miſeremini mei, vos ſaltem amici mei, quia manus Domini tetigit me.* En tibi ex veteri dicterio Dionyſium Corinthi. Geminum hic exauctorati Cæſaris exemplum, & ſecundæ in Auguſtum Dominum imo patrem, impietatis & flagitii documentum, quod paradoxi tui veritatem vel unice infringit.

Sigefr. Pr. Octavianus Auguſtus Cæſarum alìas feliciſsimus, infauſtus pater, & domeſticis ærumnis plus quam afflictus. Pariter Henricus Imp. qui Cæſaris Julii fortunam præliorum ſucceſſu ſuperaverat, aſtu & nefaria filii fraude ever-

(z) Helmh. Chron. Slau. lib. 1. c. 33.

Digitized by Google

versus est. Hunc antea consortem regni adsciverat, quem proinde suapte Imperii avidum, contra patrem stimulabant, quibus ille jam pridem invisus. Præcipuus autem rebellium color Pontificium anathema fuit, Imperatori ob Simoniacas fraudes & schismata indictum. Ceterum animis invicem tumidis, cum Saxones obsequii impatientes, licentiosos tumultus pietatis ac religionis ardore obnuberent; mirum haud est, animos exulceratos non arma tantum, sed calamos quoque nimium acuisse, in Principem bonis malisque artibus mixtum, ita ut res Henrici recentibus odiis, ac sæpius ex rumoribus temere vulgatis composita, veritatis indagatoribus suspectæ fiant. Non excuso equidem Henricum ut semper juste& integre versatum: ea tamen quæ ipsi impinguntur teterrima crimina, mores & vitam privatim maculantia, adversariorum iracundiæ & obtrectationibus attribuo. De innocentioribus etiam Principibus pronuntiatum, secreta illorum male audiisse; Optimo Imperatori Nervæ, vini

Digitized by Google

amorem exprobrari novimus. Helmoldi ſane narratio, de abjecta Henrici miſeria, oppido vacillat, nec congruit rei geſtæ, ſi contextum exitumque abominandi facinoris ſpectemus. (*a*) Licet enim Henricus inſidiis filii circumventus, (*b*) Ingelhemii intentata prius nece, imperii inſignibus violenter privatus ſit, inde tamen Coloniam Arippinam delapſus, à civibus digno majeſtatis cultu exceptus, ac Leodium perductus fuit, ubi ab Otberto Epiſcopo & Henrico Lotharingiæ Duce, militari inſtructus præſidio, filii minas & arma fortiter repulit, donec Coloniam reverſus tædio ac mœrore confectus, deſtinato prius ad filium annulo & gladio, diem ſuum obiret. (*c*) Autor vitæ Henrici anonymus, affirmat à filio patri pro ſuſtentatione vitæ civitatem quandam aſsignatam fuiſſe, quam ille ut intutam reſpuerit. Extant ejus literæ ad Reges & Principes Europæ, quibus impias filii injurias genero-

(*a*) Alb. Crantr. Saxon. lib. 5. c. 24. (*b*) Aut. Vitæ Henrici IV. (*c*) Juſt. Reuber. Tom. un. Script. Grrm. pag. 183.

Digitized by Google

nerose questus est, fictas erga Spirensem Episcopum desperabundas lamentationes, satis refellentes. (d) Vulgatum illud huc pertinet; quod non concordat cum rebus, quodque non facile fit, id nec esse verum nec factum credendum. Vix non occisus, Imperiali dignitate atrociter spoliatus fuit à filio per summum nefas, suffragio eorum qui erant Duces partium. Neminem credo adeo ineptum, qui hinc concludere velit facultatem depositionis, & exauctorationis Imperatoriæ. Nam totius Imperii omniumque Procerum consensu intercessisse, falsum est; frustra alioquin Henricus verbo & scripto ad universum Imperium provocasset. Deus est qui creat & destituit Reges, cujus divinam ultionem delictis suis imputavit Henricus. Intactum maneat Numinis inscrutabile judicium, attamen illud etiam in Henrico V. clare enituit. Cum is Goslariæ haberet comitia, oborta subito tempestate, fulgur acumen gladii ejus perstrinxit, absumpsit balthеum, corium inte-

(d) Ibid. pag. 195.

Digitized by Google

rius clypei corrugavit. (e) Subſequentibus annis, omnia quaſi elementa, deteſtari vel lugere viſa execrandam impietatem. Ingens enim terræ motus concuſsit orbem, terræ hiatibus, urbes caſtella villæ homines abſorpti ſunt. (f) Sciſsi montes, ſiccata imo librata in aëre flumina. Henrici felicitatem vix reperias; Helmboldus (g) ſecus ſentit, dicens: *Henricus Junior nec ipſe proſperatus eſt omni vita ſua, irretitus ſimiliter ut pater ejus à ſede Apoſtolica.* Præliorum fortunam quaſi ſemper adverſam expertus fuit. Imperium detrectantes fortiter coërcuit, ſed hunc ſucceſſum illibatæ ſemper majeſtatis auſpiciis tribuo. Henricus enim Lotharingus, quod Henricum IV. Imp. ſequutus eſſet, ut perduellionis reus deditionem facere coactus eſt. *Moguntiæ in ſolenni curia, Lotharius Dux Saxoniæ, qui poſtea fuit Imperator, tunica lanea pro pœnitentia indutus, & pedibus diſcalceatus, procidit ante pedes Imperatoris.* (h) *Tantus enim terror*

(e) Dodechin. A. C. 1107. (f) Idem A. C. 1117. (g) Helmbol. Chron. Slau. lib. 1. c. 40. (h) Godefrid. Viterb.

Digitized by Google

terror omnes invaserat, ut aliquis voluntati suæ resistere non auderet. Egregie pro Imperio, ut seditionum inveterascens audacia comprimeretur.

Serv. Pac. Attenuari tunc cœpit jus Imperii, sed pacis interfuisse crediderim, imminui Imperatorum potestatem. Tempore etiam procedente vires assumpsit, & invaluit magis civilis dicordia, lenioribus imposterum remediis tractata; nam motuum conflatores prius in fidam recepti amicitiam, quam aspere puniti fuerint. *Lothario II.* repugnantes, *Conradus* Suevus & *Fridericus* Francus, S. Bernardi opera conciliati sunt. (*i*) *Conrado III. Henricus Superbus* Bavariæ & Saxoniæ Dux, ditionibus suis privatus, pertinaciter restitit. (*k*) Superbi deinde filium *Henricum Leonem*, patruus Guelfus Rogerii Siciliæ Regis ope adjutus, adversus Imp. sustentavit. *Fridericus Barbarossa* (barbare dictus) *Henricum Leonem* Bavariæ & Saxoniæ, avitis provinciis restituit, (*l*) & paulo post illum inde expu-

(*i*) A. C. 1125. (*k*) A. C. 1138. (*l*) A. C 1152.

Digitized by Google

expulit, qui in novos patrimonii ſui poſſeſſores vario Marte certavit. *Arnoldum* Moguntinum & *Hermannum* Palatinum, ex privatis ſimultatibus Rhenum ferro flammaque miſcentes, lenjori remedio idem Imp. compoſuit.

Henrico VI. Colonienſis ac Leodienſis Antiſtites non diu reſtitere. (*m*) *Philippus Imp.* ambitorem & æmulum Imperii expertus eſt *Bertoldum* ZaringiæDucem. (*n*) Sed magis eundem exercuit, ſciſsis Procerum ſtudiis, à Colonienſi & Palatino evectus Henrici Leonis filius *Otto IV.* (*o*) Hinc Germania novennali bello fœde proſtrata: Nam *Fridericus II* Imperium ſibi armis adſeruit, fœdere & auxilio Galliæ Regis inſtructus. (*p*) Otto autem in partibus ſuis habuitRegemAngliæ, Poloniæ & Flandriæ Duces. Quæ ſubſequutum Interregnum patriæ intulerit vulnera, vix enumerari poſſunt. *Id liquet beatiorem Germaniam olim haud fuiſſe, ſed perpetuis diſſenſionum procellis agitatam fluctuaſſe.*

Sigeſ.

(*m*) A. C. 1191. (*n*) A. 1199. (*o*) A. C. 1208. (*p*) A. C 121.

Digitized by Google

Sigefr. Pr. Qui demum producuntur Imperatores, vel tua etiam confeſsione, dignitatem ſuam contra adverſarios feliciter tenuerunt. *Conradus III. Henricum ſuperbum* Bavariæ Saxoniæque Ducatibus exuit, illum in *Henricum* Auſtrium, hunc in Albertum Urſum tranſtulit. *Guelfo* Suevus, fratrem Superbum armis tueri conatus eſt, accepta à Rogerio Siculo, in uſum ſeditionis annua pecunia, ad rei ſummam nihil tamen profecit. Scilicet formidoloſa erat potentia Conradi Cæſaris Rogerio, metuenti rebus ſuis in Italia, expertamque Germanorum caſtigationem.

Fridericus I. ratus, bellorum egregios fines, quotiens ignoſcendo tranſigitur, regno primo triennio totus fuit in pacificationis ſtudio, ut nominis indolem impleret, ac proximo junctis ſanguine conſuleret: tum ut cunctis in Germania tranquillis, ingraveſcentem Italiæ irreverentiam potentius comprimeret. Reſtituit ergo *Henrico Leoni* Bavariam occidentalem, ſervata *Henrico Auſtriæ Duci* orientali ejusdem plaga. *Guelfoni* a-

Digitized by Google

nunculo suo concessit in Italia Marchiam Tusciæ, Ducatum spoleti, Principatum sardiniæ, & totam terram Mathildis Comitissæ. Sed *Henricus Leo* ferocia & fastu nimius, Imperatoris majestatem contemnere, & occulte lacessere cœptans, cum á Comitiis contumax abesset, omni dignitate spoliatus & proscriptus fuit. Cæsaris ex liberali manu acceperunt *Otto Vittelspachius* Bavariam, & *Bernhardus Anhaltinus* Saxoniam. Hærebimusne in bellicis tempestatibus, quæ exinde concitatæ vel sequutæ sunt? Excelso semper sors, quando in imò & abjecto spectatur, liventium quoque miserationem provocat. Saxones in Henrico fortunæ conversionem indigne tulerunt, & quem Dominum aversati erant, damnatum propugnare audebant, ut novo Duci Bernardo, fere sola & nuda dignitatis gloria competeret. Acriter restitit Leo, neque Braunsuiga sua ejici potuit, postquam vero ipse Imp. bello eum aggressus esset, in Angliam concessit. *Hermannus Palatinus* quomodo Principibus dedecorum onus, è Vangionibus

Digitized by Google

ad Nemetes portarit, tradit Otto Frisingensis. (q) Parricidarum Philippi Imp. non meministi, forte quod omnes norint, neminem ex illis sicca morte periisse: *Ecbertus* Bambergensis Episcopus, de cædis conscientia suspectus, majestatis damnatus ad Hungaros equidem perfugit, sed ut vir rerum billicarum peritissimus, veniam impetravit. *Fridericus II. & Otto IV.* ceterique cum illis regno permisti Principes, magno ardore ab initio culti & electi, mox pietas sacro colore, vel alio obtentu deserti & contempti, imperiũ & obsequium eo ambiguitatis redegerunt ut ullius ratio exacta vix iniri queat. Nullatenus vero hinc hauriri poterit, exemplum Cæsaris rite recteque ejerati seu depositi ab Imperii Proceribus Otto IV. scissis separatisque suffragiis creatus, nec universim approbatus fuit; licet vero post mortem Philippi solidus Imperii consensus ipsi accesserit, origo tamen & caussa repudiationis Ottonianæ altioris est indaginis; quam hic persequi non libet.

(q) Otto Frising. de gest. Frid. 2, c. 28.

Sigefr. Pr. Effectus deseruit abrupta consilia, exteros dominos Germanis imponendi: Perstitit semper illibata patriæ & publicæ rei majestas, ab exterorum, nutu, metu, & injuriis tuta. Nulla hic belli fœdera cum exteris hactenus invenio. Quod Rogerius siculus, rebellem Guelfum suo commodo excitarit, sat notum est. Pariter Rex Gallus, non amore aut benevolentia erga Germanos, exercitum Friderico Imp. in auxilium eduxit, sed privatis propriisque rationibus consulens. Nam Angliæ Rex Ottonis IV. anunculus, Normanniam armis infestam habebat, cui ne hic sociaretur, Gallus Fridericum contra communem hostem fovere instituit. Si Galliæ sidus tam benigne tunc fulsit, mirum, quare Principes nostri illud tum non adoraverint? edoceri vellem cur Nostrates Regem Galliæ Augustæ dignitatis blandissimum procum, spernere quam admittere, in Angliam, concedere maluerint? Existimarem cum in peregrinum dominum contumax esset partium studium, in utraque tamen perseverasse

veraſſe eam prudentiæ normam, quæ Gallos vicinos omnino cavendos ſuadet. Interregnum illud ſeculi tertii decimi, omnium certe calamitatum compendium fuit, cum eo rerum ſpatio vis roburque Imperii nimium quantum attrita ſint: ſed ſine ingenti dolore cicatricem illam haud licet refricare. Funeſta omnino fuerunt huc uſque eligendorum & ſuffragantium Imperii Principum ſtudia, quæ labem rebus noſtris quaſi unice ingeſſerunt. Solatium eſt, nos ad ſcopulos multis naufragiis infames haud amplius allidi.

Serv. Pac. Idcirco proſperis nunc magis ad publicam quietem moribus utimur; poſtquam à Carolo IV. aurea lege ambiendi libido, & eligentium profana varietas revincta fuit, exigua certamina exorta ſunt.

Sigefr. Pac. Ipſe Legislator Carolus in parando ſibi Imperio haud plane innocens. Utinam omnes vetuſti illius Ottonis Saxoniæ Ducis, tum Alberti Auſtriaci ingenia pacata patriæ retuliſſent. Ille ſpreto Imperio Conradum I. Regem deſig-

Digitized by Google

designavit. Hic, cum nondum unanimibus Electorum suffragiis Rex Romanorum constitutus esset, depulso quamvis æmulo Adolpho Nassavio, diadema tamen ponit donec cunctorum voto noviter assumeretur. Gratulari possim Germaniæ, quod exrimescenda amplius non sint ea ærumnarum exempla, quæ patriam ante hac fœde lacerarunt, posteaquam fortuna regnandi in Regnatrice Austriacorum domo consenuit, ut succedentium in Augusta dignitate certitudo, Electorum in Austriacis designandis sapientia, Procerumque Canditorum moderatio, facile excludat intestinas molitiones. An autem improba simul vicinorum vota, civiumque quorundam perversa studia,ut pestiferæ segetis herba, oppressa vel eradicata sint, dubitare licet. Alias Germāiæ cives nunquam peregrinis consiliis incubuerunt, ut patriam perderent, vel finitimæ libidini prostituerent. Hodie vero mirari vel deplorare oportet Nostratium vecordiam, qui cum dulci libertatis amore vel errore, Imperatorum potentiam carpendo

Digitized by Google

pendo labefactarint, eoque redegerint; ut illa omni patrimonio & subsidiorum ope spoliata, ipsius Regnantis opulentia tuenda majestas sit, ni exteris ludibrio esse debeat; Ipsi autem plerumque oneri & dignitati impares, vicinorum Regum dominationem circumspiciant.

Serv. Pac. Non obscure adversus Christianissimum Regem dirigitur oratio. Sed cum magni nominis Nostratibus vix inducor credere, quod de Principis illius destinata Monarchia, sollicitæ multorum mentes conjectant. Prudentia illius jam agnovit, Austriacorum potentiam altas egisse radices, ut convelli absque convellentium exitio haud possit: tum, Germaniæ servitutem imponere non esse hujus ævi facinus.

Sigefr. Pr. Id Gallici Sinones ac lenones cunctis illecebrarum argumentis persuadere, sat impudenter allaborarunt. Miseranda nostrum credulitas, fatali torpore abrepta, fere adhibuit majorem fictis figuris, dictisque, quam factis fidem, dubitans de æmuli Regis ambitu, quamquam sat manifesto & pelluci-

Digitized by Google

lucido. Hodie cum aperta vi grassari cœpit Gallorum furor perititque omnium fucorum secretum, stolidum est conjecturis & sophismatibus quæstionem agitare. Sed etiam antehac, quid clarius & apertius dici quivit de Gallorum consiliis, quam quod solenni suo augurio Gramondus nobilis Gallicæ gentis scriptor professus est, cum Regem Ludovicum XIII. ita affatur: (r) *Perge intrepidus, & eris Cæsar, accipio omen eris Cæsar. Hæc de te Rex præsagia sunt, ut in Borbonios transferas aliquando, quem Austriaci duobus ab hinc seculis successive possident Occidentalis Imperii titulum. Cæsar eris, nec decedet ideo Austriacæ genti Imperii apex, nam & tu per matrem Austriacus es.* Nudatum prorsus fuit Gallicorum pectus, ut indagare amplius animi illorum decreta, superstitiosus sit labor. Nostrates si patriam, conjuges, liberos & libertatis bona cogitarent, explodere possent ambitionis novam vanitatem, sed dum multi ferocientem armis Candidatum metuere, vel lenociniis amicam aurem præbere

(r) Gramond. hist. Lud. in præf.

bere malunt, acrius accendunt dominandi flagrantissimum. Sed perniciosissimi procul dubio sunt ii, qui patriæ debitam pietatem, in perfidiam convertentes, æmulo & insidianti Germanis Regi, ancillantur & spes ejus fovent. Certe ni nostratium abominandæ artes stipassent peregrinam ambiendi libidinem, nec per somnium fingerent Galli suum dominium, & nostram servitutem. Hæc quanto longius à majorum libertate ac virtute distat, eo magis succenseo hodiernæ morum corruptelæ. Idignari credo quotquot sunt cordatiores Germani, Gallorum recentem audaciam, illa præcipue respicientes tempora, quibus Germaniæ virtus ac gloria, non solum Gallos, sed ipsos quoque Romanos supergressa est.

Serv. Pac. Hic agnoscas oportet, vicissitudinem rerum, fatalemque Imperiorum. Sed fuit Gallorum nomen & virtus olim & nunc in illustri fastigio. *Validiores olim Gallorum res fuisse, summus autorum Divus Julius tradit, eoque credibile est, etiam Gallos in Germaniam transgressos.*

Pac-

Digitized by Google

(s) Patriæ antiquissima quæque tu suspicis, de Franco: Gallis satis superque actum; En tibi documentum non insolens & novum (uti quidem Germani nostri dicterio predicant, & Hispanicum indigitant, quod præter opinionem rarum offertur) quod Galli etiam in Germania rerum potiti fuerint.

Sigefr. Pac. Asserit equidem illud Cæsar, dicens: (t) *Fuit antea tempus cum Germanos Galli virtute superarent, & ultro bellum inferrent, ac propter hominum multitudinem, agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent.* Sciendum vero Romanos tum Germaniæ Galliæque fines & terminos ex suo ingenio assignasse, limites posuisse, protendisse, prout rebus armisque suis conducere visum. *Tectosages* circa Herciniam sylvam consedisse ferunt, eosque suo tempore Germanorum mores omnino coluisse, asserit Cæsar: at in re antiquioris ævi, nulli idoneo confirmat argumento, quare iidem non potius indigenæ, quam advenæ & pere-

(s) Tac. de M. G. c. 28. 1. (t) Cæs. d. bel. Gall. lib. 6. p. m. 138.

Digitized by Google

peregrini fuerint? E Cæsaris dictura, non firmo fundatoque asserto, sed nuda conjectura, repetit C. Tacitus. (u) *Quantulum amnis obstabat, quo minus ut quæque gens evaluerat, occuparet permutaretque sedes promiscuas adhuc, & nulla regnorum potentia divisas? Igitur inter Hercyniam sylvam Rhenumque & Mœnum amnes, Helvetii, ulteriora Boji, Gallica utraque gens, tenuere.* Insignis hæc Germaniæ portio, quæ si à Gallis cultoribus infessa, qua ratione profitetur idem, *Germania populos nullis aliis aliarum nationum connubiis infectos.* (x) Solenne fuit Romanis, Galliæ etiam eos populos accensere, qui illam progeniem prorsus respuebant, Nam *Treveri & Nervii circa affectationem Germaniæ originis ultro ambitiosi fuerunt, tanquam per hanc gloriam sanguinis, a similitudine & inertia Gallorum separarentur:* Iidem tamen populi ab Latinis scriptoribus semper in Galliis computati fuerunt. Valet demum ipsius Cæsaris effatum, (y) *Galli multis victi præliis, ne se qui-*

(u) Tac. d. l. (x) Idem d. M. G. c. 4. & c. 2. 1. (y) Cæs. d. bell. lib. 6.

Digitized by Google

quidem ipsi, cum Germanis virtute compa-rant. Dites enim & imbelles: Ut rem quasi obsoletam narrans, ait Tacit. (z) *Gallos quoque in bellis floruisse accepimus.* Arionistus Suevorum Dux aut Rex, Gallis bello superatis, jure victoris dominatus est. *Ipsi Galli Rennanique mercatores tum prædicarunt, ingenti corporum magnitudine Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis esse; sæpenumrro se, cum iis congressos, ne vultum quidem atque aciem oculorum, dixerunt ferre potuisse.* (a) Si perdurasset in animis nostris pietatis quidam erga patriam sensus, si non irrepsisset adversus legitime imperantes perniciosa civium contumacia, res nostra nunquam eo recidissent, ut hodie Germania Gallorum efficeretur præda, ambitionisque meta. Quis non erubescat, cernens nos hodie illuc redactos, ut non pro gloria sed salute, cum illa gente certemus, quæ ad solum Germanici nominis vocabulum nec hiscere ausa fuit. Oh fatalis omnium ignavia! Gallos, qui no-

(z) Tac. A. 11. 18. 2. id Agric. 11. 6. (a) Cæs. d. bell. Gall. lib. 1 p. m. 24.

bis capitis controversiam movent, nos amamus, veneramur, amplectimur, imò tanquam liberatores & tutelares Deos suspicimus & adoramus, Versamur in discrimine, virtutem pariter & libertatem amittendi, ni veterum instituta resumere satagamus.

Serv. Pac. Intempestiva valde laus à primis usque Germanorum incunabulis derivata. Stetit Troja: rerum potita fuit Carthago: orbis dominium Roma exercuit: Græcia sapientiæ & literarum sacrarium habita: Vix vestigia tanti decoris superant. Germanicæ deliquium gloriæ, ferali discordiarum civilium syderi attribuendum. Intuere nostrum Interregnum & luctuosam anarchiam, sævum hoc monstrum, annon familiaris inveteratæque domesticæ dissensionis fœtus est?

Sigefr. Pr. Non potuit non apud Germanos etiam evenire atrox tempestas, perpetuo alias imminens illis, qui cum discrimine quærunt quam sumunt Principes. Nam nostratibus loco libertatis fuit eligere suos Reges. Hujus intuitu tole-

Digitized by Google

tolerarunt incommoda, quæ eligentium eligendorumque artes & ambitiosa facinora invexerunt. Hodie cum ejuscemodi periculis sat provisum, truculentiora agitamus mala, & libertatis avitæ pertesi, peregrinos Dominos ultro appetimus, ac servitutem nostrum præparamus. Hæc portentosa hominum animorumque mutatio, matura seriaque pœnitentia eluenda est. Concordes statim erimus, si libertatem justo pretio æstimamus, si posteros intuemur, si majores nostros imitamur: Sed peregrinos amores, tanquam superstitionem profanam & impiam, prius odisse oportet.

Serv. Pac. Unam ambiendi & regnandi pruriginem tot vulnerum in Germania causam, hactenus excussimus, hæc, ut asseris, in civibus jam satis coërcita, attamen nec perinde intrinsecæ quieti ita prospectum, ut solida perfrui liceat pace: Alia igitur superesse debet scaturigo, unde emanet luctuum tuorum fluctus. Nihil tibi magnificum, nisi idem antiquum: Si pristina infinitum perplacent, quin redis ad veteres sylvas lucosque?

Digitized by Google

que? Euge Deorum maxime Mercurium colere, (b) Herculem & Martem animalibus placare; auſpicia ſorteſque obſervare; avium voces volatusque interrogare; equorum quoque præſagia & monitus experiri, proprium gentis noſtræ fuit, hæc fidei in Deum ſuperſtitioſa capita. Non puto inter piacula haberi, abolitum paganismum, nam ſtabilitam & tricennali bello aſſertam Chriſti fidem, ſupra commendaſti.

Sigefr. Pr. Iniquius in Germanis carpimus, ſuperſtitionem reliquo orbi frequentatam. In hoc etiam perverſo cultu, innocentiores ceteris gentibus Germanos extitiſſe palam eſt: Alibi per ſcelera quandoque nefanda, ſupplicationes & hoſtiæ oblatæ. Redempto per Salvatorem noſtrum mundo, verum quoque Numen multi ſtatim ex Germanis agnovere, niſi quod Saxones pertinacius diutiusque Chriſtianæ religioni obluctati ſint. Optandum foret, illos ea animi conſtantia profeſſæ ſemel fidei integritatem ſervaſſe, eluſiſſeque novi dogmata Evan-

(b) Tac. M. G. c. 9. 10.

Digitized by Google

Evangelii, qua pervicacia olim Christi Evangelio & Catholicæ Ecclesiæ repugnaverant. Sed in hac etiam parte ab avita sinceritate, ab Apostolorum & S S. Patrum institutis divortium factum. *Majoribus nostris religiosissimus mortalium, sanctius & reverentius visum de actis Deorum credere quam scire.* (c) Hodie ambigendi & disputandi de sacris procacitas, omnem pietatis ac probitatis numerum implesse videtur. Postquam ingenii & scientiæ indulgentia, nomen & famam aucupari inolevit, valediximus receptæ in Ecclesia doctrinæ, parum solliciti, quam probe justeque vitam ad æternitatis mercedem instruamus, sed quam erudite philosophemur, de religionis avitæ capitibus, quæ carni & sanguini haud sunt revelata. Vix allatæ sunt novæ de rebus divinis opiniones, adversus cultum qui antiquitus in Germania viguerat, quin quassaretur pax etiam animorum, & novitatis vorago totam ferme patriam absorberet. Emicuit tunc ingeniorum pruritus, ac colligi potuit detestanda

 dissen-

(c) Tac. M. G. c. 24.

Digitized by Google

dissentiendi libido, recentior nempe, nec superiori ævo cognita, quam nunc accusatum imus.

Serv. Pac. At vero, si inveteratum cultum] relinquere impium, perstitissemus utique in ethnicis caliginibus?

Sigefr. Pr. Retinenda sunt antiqua, si proba. Non omnino præfracte servandi sunt ritus patrii, sed si pii sunt; abjiciendi qui non tales. *(d)* Quis tamen id faciet? Non privatus aliquis, imo non ipse Princeps, nisi de consilio, sententiaque eorum, qui auctoritate & doctrina ad hoc apti. Concilia huic rei reperta. Sed nostris omnia per tumultus & factiones usurpata. Populus facundia ex cathedra orantium deceptus, in partes secessit, agrestis multitudo obsequii erga magistratum pertæsa, correptis armis, civili sanguine suâ furiis consecravit novitatem. Optimatibus autem Germaniæ, in partes transeundi non alia tam intima causa fuit, quam ut inualescentem Caroli V. Imp. potentiam gloriamque sufflaminarent vel obscurarent; tum ut lapsabun-

(d) Lips. 4. Pol. 2.

ſabundas opes fortunasque opimis Ec-
cleſiaſticorum ſpoliis ſarcirent. Propterea novitatis incentor, proſcriptus in Comitiis Vormatienſibus, Principum clandeſtino favore in tuta deductus fuit, ut opportuno tempore reſtitutus Cæſari ægre faceret.

Serv Pas. Hoc de ſacris rite colendis certamen, quomodo profana quoque ſtudia igne ſuo afflare, & bellorum flammas ſuſcitare valuiſſet, niſi Germanis ſolemne foret, quavis arrepta occaſione civilia arma circumferre, & graſſari in propria viſcera?

Sigefr. Pr. Poſtquam in deterius lapſi ſunt mores hominum, eviluit eatenus antiquitatis decus, ut quo longius à veſtigiis Patrum abſunt, eo ſe propiores cœlo credant; inane fuit quodvis remedium ægris animis allatum. Factionum ſæpius repullulantium atrocitas, auxit hanc tabem, ut luctuoſiſsimo ſydere percurrerent domeſtica arma Germaniam. Imo graſſata eſt inſaniæ lues per totam veterem Germaniam magnam; Britanniam quoque mari trajecto afflavit. Ne-

Digitized by Google

que enim Rex Angliæ crebra repudia, & ex vagis mulierum amplexibus nuptiarum vicisſitudines, aliter tutari ſe poſſe credidit, quam exuto Eccleſiæ obſequio, ſemet caput & ſupremum ejus rectorem inſtituendo ac renuntiando. Pariter Dani, Sueci, Norvegi à Rege ſuo Chriſtierno II. & antiquis ſacris ſimul ſeceſſere. Nam Fidericus & Chriſtianus III. Daniæ & Norvegiæ novis Regnis, nova etiam Numina intulerunt. Apud Suecos Guſtavus vacuum Regnum ſibi mancipans, ſubditos ab avita fide ad novum dominium convertit. In Belgis peregrina ſacra invaluerunt, quod Proceres ex privata dominandi anxietate, Antonium Perenottum in animo Regis validum & ſummam rerum tenentem, ægerrime tolerarent, neque coërcerent abortiva de fide dogmata. Hinc imperitæ plebis audacia in ſacrum furorem, & publicæ ſeditionis inſignia exarſit. In Boruſsia etiam aut alibi, nulla fuit novitatem illam amplectendi promptior ratio, quam imperii dulcedo. *Nulla enim res multitudinem efficacius regit quam superſtitio;*

Digitized by Google

ſtitio; quæ alioquin impotens, ſæva, mutabilis, ubi vana religione capta eſt, melius vatibus quam Ducibus ſuis paret. (e) Apud nos tam procul receſſerunt ab aliis civibus vetuſtæ fidei, Proteſtantes, ut tanquam aliam Patriam, aliumque populum facerent: Et ne ictis quidem fœderibus religioſis Paſſavienſi & Auguſtano, redierint in fidam communionem reliquæ gentis, ſed arma ſemper minitantes aut timentes diſcordi ingenio acti ſunt: donec exulceratum ſuſpicionibus odium, in triſte illud bellum deſineret quod Germanim pene ſubvertit.

Serv. Pac. Quæ tricennale illud bellum mala patriæ incuſsit, defleri quam emendari poſſunt. Sopita nunc ira ſacra, concordiaque in Veſtphalis ſancita, nil temere dicendum eſſe, ipſa pacis conventio imperat. (*f*)

Sigefr. Pr. Vel verbo temerare pacis Veſtphalicæ tabulas, religio ſit; hoc ancile cœlo delapſum, inteſtinis & ſacris potiſsimum diſcidiis concordiam finemque impoſuit. Faxit æternum Numen!

(e) Curt. l. 4. c. 10. (*f*) Inſtr. Pac. Art. V. §. 49.

ut perennis æternaque fit hæc conciliatio: Exteris vero qui eam violarunt, unitis viribus extorqueantur, quæ nobis indigne furripuerunt, pendantque rurfum audacis injuriæ pœnas.

Serv. Pac. Abolita nunc eft omnis per vim agendi licentia, unicum in legibus præfidium, hifce cunctis negotiis provifum, fi rite colantur. Leges, publicæque fanctiones avitæ libertatis cuftodes funt, fed cum fpernuntur, certaminum anfæ fiunt. Amica transactio tutius meliusque fenabit, quæ cum vicinis Regibus fociis fœderatisque, acerbitates oborta funt, quam ambiguus femper Mars. Solida fi debet effe pax Veftphalica, nulla ex parte eam mutilari opportet. Ipfi Reges fidem obligarunt, omnia inibi ftatuta incorrupte fervatum iri. Hos fi amoliri laboremus, vereor ne qui Germaniam alias fubjugare tentarunt, vaftæ fpei confilia nunc vehementius intendant: Tum ne prævalidi Proceres opibus nimii, ad injuriam minorum elati, ruptis legum retinaculis, novifsimo ictu cuncta fubvertant.

Sige-

Digitized by Google

Sigefr. Pr. An salva & incolumi pace, justo nunc bello submovenda sint damna ab exteris Regibus illata? Ociosa videtur quæstio, posteaquam hoc scito publico placuit. Tu rejectis armis, jure agendum statuis, sanctionibus pacis telorum strepitum auerruncare putans. Ita scilicet rebus nostris pulchre consultum: Peregrinos hostesque leges nobis dare non accipere, nos nutibus eorum obtemperare: Illos factis plus quam hostilibus amicitiæ nomen imponere, nos credere & laudare: Illos pro libidine in vitas fortunasque nostrum grassari, nos devote pati & gratias agere. Inter gentes communiter receptum est, ut is qui vim sibi suisque illatam non arcet cum potest, eam inferre dicatur. Patriæ, sibi, suisque dedecori est, contumeliosæ pacis jactator, quicunque atroces exterorum injurias cum detrimento Reip. civiumque miseria conjunctas dissimulat, & tristem servitutem, pacem appellat. Sed hoc commodiore loco disquiremus. Obscurus livor tuus Imperatorem nunc armatum petit; quotquot ejus majestatem

Digitized by Google

tem extenuari cupiunt, indomitam semper affectant licentiam, publice privatimque exitiosam. Leges nimis imbecillæ & brevissimæ sunt vitæ, nisi efficacis robur terroris assumant. Olim inter leges paucissimas boni mores obtinebant; hodie multitudo Constitutionum Recessuum, Capitulationum ut loquimur, invaluit; idque effecit, ut cuique ex cerebro suo, interpretandi allegandi & ad leges provocandi licentia, impunitatis non tantum fiducia, sed turbandi etiam ansa & occasio fit. Legum prætextu de Imperatoris suprema potestate dubitatur, postquam illud jussum est, quod cives haud sponte sint facturi, quasi idem precario regnandi jure fungeretur. Ita pereunte obsequio, imperium intercidit, & externorum insidiis via sternitur.

Serv. Pac. Nec priscis equidem Regibus, infinita aut libera potestas apud Nostrates. (g)

Sigefr. Pr. Si ad avita exempla, ad Majorum prudentiam respicere lubeat, faten-

(g) Tac. M. G. c. 7. 1.

Digitized by Google

fatendum, Principatum ac libertatem Germanos feliciter miſcuiſſe; quæ nunc irreparabili incommodo, ne dicam ve ſania, res habentur inſociabiles. Inſanus certe error eſt, credere id ſibi privatim prodeſſe, quod è publico decerptum, rerum negotiorumque rite peragendorum rationem enervat & infringit: per inde ac ſi ſuccisis radicibus, truncatisque ramorum brachiis arboris ſub umbra, adverſus cœli injurias tectus munitusque deliteſcere cupias. Perverſis tamen conatibus, legum ſanctionumque autoritas magno apparatu ſuffragari debet. Sed occultæ flagrantesque in dominium cupiditates, plerumque obverſantur: conſilia in privatam magnitudinem tendentia, dummodo Proceribus ſplendorem circumdent, publicæ utilitatis & Imperii decus ſtatim oblitterant. Celebre arcanum eſt, *ſtare Germanorum libertatem æmulatione, quæ Auſtriacæ domui Galliæ cum Regibus intercedit.* Atque ex hac norma impia calliditate diſſeritur; *Satius eſſe Viennam à Turcis obſideri, quam Budam recuperari.*

Hinc valida ad Rhenum munimenta ab Auſtriacis avulſa, in Gallos à lætantibus Germanis translata. Aſt qui tunc ſalutaria à noxiis, adæquata ratione diſtinguere inſuper habuerunt, nunc ſaltim eventu docentur, quam turpiter hallucinati ſint, & patriæ, ſibi ſuæque libertati compedes injecerint. Ita ſæva in Auſtriacos fabricata tela, recidunt in capita & perniciem eorum, qui ſibi ab exteris ſalutem ac ſecuritatem pollicebantur. Prohdolor! cum Gallicas artes intelligere, pro crimine habitum ſit, funeſtæ prudentiæ pœnas in triſti Gallorum ſervitute luunt, cædes, incendia & omnis generis ſævitiem, tanquam merita ſupplicia infligi queruntur ac deplorant. Nonne pari conſilio Suecorum arma & victoriæ effuſo excepta applauſu? Nonne ingenti cum gaudio & lætisſima ſpe, iidem demum in Ordinum Imperii numerum adoptati, ut tribunitiis intercesſionibus jura libertatis tuerentur? Nunc ubi Sueci Dictatores exſurgere, ſcelli, pacis, fœderum arbitria ipſasque leges invadere, regnum in æqua-

Digitized by Google

quales ac ſuperiores uſurpare, non cives ſed dominos agere comperti ſunt; ſero nimis agnoſcimus, quam fœde erratum fuerit, quam pernicioſe angues in ſinum allectaverimus. Idcirco ſi cuncta rationum pondera contemnuntur, exitus evincit clarisſime; *quod decrementa Auſtriaca, non ad libertatis ſecuritatem, ſed totius Germaniæ debilitationem ac enervationem, imo ſervitutem, & peregrinæ dominationis vel tyrannidis neceſſitatem pertineant.* Huic ſane obnoxii erimus, niſi miſericors fortuna, concordia patriæque amorem ſpirantia conſilia, contra externum faſtum; tum obſequium & reverentiam Cæſari debitam, pectoribus noſtris benigne inſtillet. Compagem Reip. haud aliter incolumem perſtare poſſe, imperitiores etiam cenſebunt, niſi capiti & membris (ut ajunt) ſua tribuantur. Mirum dictu!

Proceres Germaniæ, ubi de Regis & Imperatoris ſui inauguratione, aliave rituum & ceremoniarum extrinſeca ſpecie agitur, pro exigui exhibitione officii, acerrimo conatu depugnare, reputantes in-

Digitized by Google

ingens decoris sui detrimentum, si quis ab alio præpediatur. Magnitudinem Imperii & Principis electi, inde conjicere deberemus, cui ut serviant tam potentes Purpurati, nil intentantum relinquunt; At mox in summo apice collocati Principis majestas, vix non negligitur, & si dicere fas est, qui illam tanto ambitu exornare sustinuerant, tanquam ex recepta saltem formula colere satagunt, nihil potius habentes, quam Augusto nomine Cæsarem salutare, usitatis venerationum appellationibus percolere, sibi vero interiorem Majestatis vim, & vix non plus potestatis arrogare. Exteræ etiam gentes, nostrum alioquin stultitiam solerter in suos usus vertentes, hunc agendi morem rident, damnant & satyra perstringunt. Inter Gallos illustris ita judicat: (*b*) *Illa Regio* (Germania) *quæ sub uno spiritu, uno quoque Rectore, par toti Europæ esse posset viris urbibusque inclitis, & digna in quam fortuna Romana species transierit, jam vix agrum urbemve invenit, quam suo Imperatori pleno*

(*b*) Barclaj. icon anim. c. 5.

Digitized by Google

pleno jure cum imperio tradat. Neque enim Respub. aut Dynastæ in suis arcibus Imperatoris præsidia regnare patiuntur, neque invenit tam Augusta appellatione dignatus in tot oppidis, ubi cum civium venia habitet. Hoc dulci publicoque errore, suæ patriæ majestatem exarmarunt. Non sum eousque ineptus ut provincias ditionesque Imperii, hereditario ferme jure à Principibus nunc possessas, & jam à seculis in successores transcriptas, ad nudos veterum magistratus, & temporariam vicariamque administrationis formam, exemplaque Henricorum & Ottonum revocare coner, neque enim hodie pro nutu & beneplacito Cæsarum Principatus Comitatusve conferendos spero: Veruntamen id obtineri puto, consilia quæ gliscunt de attenuanda Imperatoris potestate, Germaniæ esse perniciosa, nec Principum securitati perinde consultum: Imo robur & decus Imperii, exteris proditum prostituitur, quotiescunque de minuenda Cæsarum vel Austriacorum potentia, maligne deliberatur.

Serr.

Digitized by Google

Serv. Pac. Non facile miſcentur domini & ſervi. Hæc & Germanicæ gentis vetuſta indoles, libertatem ſemper integram ſervaſſe, nec ſine fine dominium Regibus aut Principibus ſuis unquam permiſiſſe. Periculoſior eſt domeſticus inſidiator, finitimi Reges evidenter id deprehendunt, ſuisque auxiliis noſtram libertatem intemeratam cuſtodiunt. Exterorum apertam vim facilius propulſamus, quam artes dominationis à potentioribus civium intentatas, vitare poſſimus. Ille ipſe liberator Germaniæ Arminius abſcedentibus Romanis, & pulſo Maroboduo *regnum affectans, libertatem popularium adverſam habuit, petitusque armis dolo propinquorum cecidit.* (i) *Antiquitus etiam Rex vel Princeps, prout ætas cuique prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia audiebantur, autoritate ſuadendi magis, quam jubendi poteſtate. Si diſplicuiſſet ſententia, fremitu aſpernabantur, ſin placeret frameas concutiebant. Honoratiſſimum aſſenſus genus erat armis laudare.* (k)

Sige-

(i) Tac. A. 2. c. 88. (k) Tac. M. G. c. 11. 6. 7.

Digitized by Google

Sigefr. Pr. Planum est in quos collimet cavillatio, quique indigne postulentur affectati in Germaniam dominii. Hujus commenti falsitas clare elucescet, quamprimum demonstravero, æmulo peregrinorum ambitu & avaritia effectum, ut Germani Principes, vanis suspitionibus agitati arma corriperent, & ultro lacesserent Carolum V. & Ferdinandum II. imperatores, priusquam hi justam defensionem militemque idoneum in promptu haberent. Arminium propinquorum odio exagitatum fuisse, etiam cum adversus Romanos in acie staret, supra dictum; hi nempe livoris pleni, vel miseram pacem Arminii gloriæ præferebant. Meruisse illum Regium nomen, in quantum Germani regnabantur, nemo fortassis inficias ierit. Sed ut interciperetur ejus spes, quin Romanorum artes accesserint, ferme non dubito. Quamvis Tiberius petitum patrando sceleri venenum, generoso responso negaverit. (*l*) Spectat hic Arminii atrox exitus, ad multorum veteris ævi

(l) dict. A. 2, c. 88.

Digitized by Google

ævi heroum infelices caſus quibus annales in tantum ſcatent, ut in ſolemne abiverit dicterium: *Omnem Remp. eſſe ingratam.*

Quæ de *jubend i.d.iſuadendique poteſtate*, adfert Cornelius noſter, Comitiorum propria ſunt: cave autem accipias de univerſa ſtatim Germania cunctisque ejus conciliis, quæ pro terrarum diverſitate, variam habuerunt indolem. Dubio caret, ingruentibus bellis, vel alio neceſſitatis terrore, Germanorum Reges Duceſue ſolutiore poteſtate uſos: nam & Germanis inſita illa prudentia mandandi Remp. ut Romæ Dictatoribus factitatum. *Cum bellum* (ait Cæſar (m)) *civitas aut illatum defendit, aut infert, magiſtratus qui eo bello præſint, ut vitæ necisque habeant poteſtatem, deliguntur.* Et duraſſe hunc morem apud Saxones ad uſque Francorum tempora, teſtis eſt Vitechindus, (n) verba ejus ſunt: *A tribus Principibus totius gentis Ducatus adminiſtrabatur, certis terminis exercitus congregandi poteſtate*

(m) Cæſ. de bell. Gall. lib. 3. (n) Vitechind. lib. 1.

Digitized by Google

testate contenti. Quos sui locis novimus signatos, in Orientales scilicet populos Angarios atque Vestualos. Si autem universale bellum ingrueret, sorte eligebatur, cui omnes obedire oportuit, ad administrandum imminens bellum. Quo peracto, æquo jure ac lege, propria contentus potestate unusquisque vivebat.

Ceterum liquido innuis, quod omnem majestatis & imperii vim ad Comitia trahes. Cæsar isthic hodie rerum summam, ut cum Imperii civibus conveniat, omnium confessione tenet. Sed quid ad libertatis intactæ possessionem hodie deest Germanis? Comitia designantur, ubi libera suffragandi facultate perfruuntur, quibus id ab antiquo juris est. Extenditurque hæc sententiam dicendi potestas, ut minus libera censeantur Ordinum suffragia, nisi & inter se, & cum Imperatore dissentire liceat.

Optime autem rebus nostris prospectum foret, si solemnis ille adsensus framearum frugore ederetur præstareturque. Sed nihil fere statui aut decerni

cerni videas, cui non unus alterve, confictis temere excusationibus obluctetur, bonum commune privato ausu & prava cupidine destituens. Quasi vero publica relabefactata, suas quisque privatas rationes, salvas & integras, citra injuriam aliorum, tueri queat; vel quando voluge est, peculiare quadantenus Reip. corpus excitare debeat. Satius foret nulla inire concilia, quam cum Germani nominis dedecore apud exteros id assequi, ut consilia pro salute patriæ collata, illis ludibrio, & luculentum argumentum sint, contemnendi omnia illa, quæcunque ad sui tutelam Nostrates moliuntur.

Serv. Pac. Non recens sed inveteratum est malum, deficere solidum consensum in conventibus, qui ad propulsandum commune periculum indicuntur. Jam quidem *Germani non simul, nec jussi conveniunt, sed & alter & tertius dies cunctatione coëuntium absumitur.* (o)

Sigefr. Pr. Nunc autem ingens esset fortunæ beneficium, si dierum, non etiam

(o) Tac M. G. c, 11, 4.

Digitized by Google

iam mensium damno peccare... liberationum momenta, incede... dendique vana certamina ha... parens.

Serv. Pac. Alieno hac tempore ... nuas frustra. Qnid Comitia veterum cum præsentibus commune habent? Illa unius alteriusve dici spatio definiebant, quid ex usu visum, cum forte in pratis & sub pellibus consedissent. Hodie plura consultando lustra absummuntur.

Sigefr, Pr. Utinam antiqui mores hactenus vigerent, & iterum dico, Germaniæ Proceres consensum suum armorum fragore testatum redderent. Tu vero protracta Ratisponæ Comitia, inique perstringis. Germanicæ libertatis ancile & tutela, in Comitiorum jure collocatur, indeque constitutum fuit singulis annis convenire, ut eo liberius cives percenserent, quid publicæ saluti proficuum, negotiorum provisu Remp. unitis vocibus viribusque curarent. (*p*) Sed hic annuus conventus mox gravis &

(*p*) Rec. Imp. An. 1512.

Digitized by Google

ftus, & a Maximiliano I. Regi-
inductum fuit, invigilaturum
er bella crebro absente, quid pub-
expedire. Hoc vicissim sublatum,
cum paucorum ex Obtimatibus arbitri-
um Regiæ libidini propius, cunctorum
autem ordinum concilium, secundem li-
bertotem esse videretur. Insecuta Co-
mitiorum frequentia nihilominus pepe-
rit querelas, quod crebris imperii con-
gressibus & sumptuum magnitudine Ca-
rolus V. Cæsar Ordinum opes & poten-
tiam accidere & debilitare conaretur.
Quasi vero Imp. absque æris & expen-
sarum pretio Comitia adiret: Neque
enim hodie ut olim, incluta veteribus
dona, à Proceribus Cæsari amplius of-
feruntur. Hoc nostro seculo cum ob
concatenatam motuum, turbarum bel-
lorumque seriem, vix ullibi statibus im-
perii tuto convenire liceret, immutata
rursum scena, insimulata fuit Comitio-
rum raritas, ut juribus Reip. & libertat
adversa. Jam ubi cuncta civium consi
liis & arbitrio peraguntur, inque com-
munionem curarum omnes & singul
sun

Digitized by Google

 

sunt adiciti, resurg...
tiones, de Conditio...
Ita quo demum modo omnibus...
cere studeas, semper unde obiurgeris,
liquum erit. Quanto justius illi,...
bus semp... in ore: *Comitiis sublatis, nullam esse libertatem.* Aliter hodie se...irent: scilicet D. Leopoldum vim Principatus omnino resolvisse, cuncta ad Imperii Senatum revocando. Sed bona nostr..., præsentium incuriosi, non intelligimus. Viderint illi qui obnoxias sæpe voces... diderunt, quamdiu emissarius Galliæ Ratisponæ incubabat, an omnimoda libertate suffragandi sint gavisi? externo & plus quam reverentiali metu, in diversa sæpius abrepti. Dedimus profecto grande patientiæ documentum, tolerando eum, qui per dissidiorum & simultatum cuniculos, Germaniæ libertatem evertere moliebatur. Eo sane acceptior hodierni temporis felicitas esse debet, ubi sentire quæ volunt ordines Imperii, & quæ sentiunt dicere possunt, illo procul amoto, qui præstigiis suis Gallicis animos suspensos fascinatosque

G tene-

suo L   eopoldo non spem modo votum securitas publica, sed ipsum votisi-duciam ac robur assumpsit.

Serv. Pac. Hoccine encomio dignaris quæ hodie gerantur, cœteroquin totus in eo ut vetera extollas? Nimirum avide arripis occasionem, ut professo semel odio Gallos insecteris. Nullus dubito quin plures Ratisponæ hodienum agant mœrentes & laudantes, qui scilicet existimant pacis interfuisse, si moderatiora consilia valuissent, nec abruptam vellent cum vicinis sociisque Regibus sanctam amicitiæ legem. Licet expulsus sit cum ceteris Galliæ Legatis, qui Ratisponæ Regis sui negotia cum Imperio intercedentia curabat, non tamen eradicata simul sunt studia eorum, qui communem causam fovebant.

Eoque proclivior spes est, pacis interruptæ mox redintegrandæ.

Sigefr. Pr. Quotusquisque ignorat, quod propriæ salutis tuendæ ratio Germanis etiam inuitis necessitatem irrogaverit, vim illatam armata manu repellendi. Nulla me in Gallos simultas sti-

mu-

Digitized by Google

mulat, patriæ autem libertatem dignitatemque ab illis vi fraudeque petitam, dum vendico, dum perversos Nostratium degeneresque mores detestor, ferire non instituo, sed necessario illuc devoluor, ut dicam quod res est. Reperiuntur prohdolor! qui Gallis clanculum dediti, illis quoque hostibus solenniter dictis, quam patriæ, cui fidem & sanguinem debent, adhærescere optant: Nunquam satis excusando crimine. Nisi dicamus nonnullos Nostratium, Germani candoris omnino oblitos, propriis vero commodis repugnantes, in Gallicanam tutelam, instar pupillorum ob mentis inopiam concessisse.

Serv. Pac. Ita pellicit Germanos in sui amorem Gallia, ut peculiari quadam vi fati illuc trahi videantur.

Sigefr. Pr. Multa apud Gallos præclara, nemo, nisi plane iniquus, unquam negabit. Sed omnia sine discrimine suspicere, quæ vitiis etiam exultans illa natio, in omnem habitum versatilis, usurpat, morbidi labes animi est. Originem Gallicismi in Germanis perscrutari

Digitized by Google

cupiens, reperiet, quod *educatio, peregri-natio & imitamentorum vanitas*, non fata-lis quædam necessitas, hanc tabem inve-xerit: qua velut virga Circæa Nostrate contacti, ex liberis hominibus, misera Gallorum mancipia fiunt.

Infallibilis divinatio est, talem no habere habiturosque Remp. qualem vi-demus juventutem. Non repeto hic fe-ritatem antiquam, qua recens nata pro-les, scutis imposita fluminibusque comis-sa, futuræ duritiei, initiata fuit. Nam hodie ita molliter à teneris pueruli im-buuntur, ut priusquam adoleverint, jam peregrinos habitus moresque ad petere adsuefiant, crescantque in spem lascivi-entis juventutis: nulla cura, quam pie aut modeste, sed quam nitide & laute pueritiam transigant. Hac vix deposi-ta, & literarum scientia primis labris de-gustata, patria ferme nec bene agnita in Gallias curritur, elegantiæ & civili-tatis, si Diis placet, sacrarium: ut isthic filiolus incedere, sedere, ridere, oculos caput, ceteraque membra per mille in-eptias torquere, à levitatis & petulantia

magi-

Digitized by Google

magiſtris ſollicite addiſcat. Ita tenero & innocenti adhuc animo, nihil tam ſerio inſtillatur, quam vultum fingere, ſpeciem virtutis ſimulare, ſeque in omnes formas circumagere, & hiſtrioniam profiteri. Tantorum ſumptuum & ludibriorum, unica fere merces eſt, ut animo & corpore Gallica tabe delibuto, veſtimentorum aliquot recentes ridiculasque lacinias, ſecum in penates reducat, omnia Galliæ ut magnifica extollat, Germanica pro aſperis & barbaris reſpuat & condemnet Gallo-Germanus. Intimis ſcilicet fibris hærent exotica, & nil patrium amplius venuſtum aut laudabile. Sola Gallia pro idolo religioſe adoratur, ut piaculum ſit, ab ejus oraculis & dictaminibus recedere. Hoc virus poſtquam mentem ſemel infecit, vix ullo pharmaco expellitur, ſed in ultimam ætatem durat. Quod ſi hæc præceps Galliam percurſandi intemperies, maturo remedio non cohibebitur, Germanos in Germania quærendo non invenies. Majores noſtri fortiſſimi mortalium, quoties Galliam victricibus armis intrarunt, ſub

Digitized by Google

jugum miſerunt, noſtrates hodie illuc commeant, ut in voluptatis ergaſtulo mancipia ſint.

Serv. Pac. Catoniano ſupercilio cuncta minus auſtera & rigida, faſtidio ſunt. Forte cum lepido quodam conſultore conſpiras, qui ut novo philoſophiæ ſtratagemate ſemina bellorum eradicaret, ſuaſit, quæcunque cum exteris commercia abrumpenda, reſcindendos fluviorum pontes, exurendum quodcunque navigiorum genus ad tranandum paratum: hac ratione quemvis populum intra natalis ſoli terminos coërcitum tranquille vivere, nec vicinum poſſe laceſſere. Neminem natura mortalium tam conditis moribus finxit, in quo non aliquid deſideres, velut ultimam artificis manum. Perpolienda eſt congenita aſperitas & animi ferocia, bonis artibus, tum peregrina ſæpius lima. Quare virtutes in aliis nos haud delectarent? Certe iis qui in ſpem publicam adoleſcunt, nihil utilius, quam ex genio variarum gentium, ſic animum inſtruere, ut diverſi ſint cum diverſis; noſcantque quid à vincinis expectan-

ſpectan-

Digitized by Google

ſpectandum aut timendum. Hinc linguarum peritiam ſi excludas, qua via negotiorum mutuo intercedentium rationem expedies? Feliciter à nobis exuta fuit priſtina feritas, quæ omni momento in forti dextra collocato, bella ex bellis ſerere & provocare unice ſtuduit.

Sigefr. Pr. Peregrinationes nequaquam in univerſum rejicio. Eant omnino foras, cum quibus fortuna naſcendi liberalius egit, & de meliori luto Titan pectora finxit, quosque præ ceteris ſpes pulcherrima fovet, poſſe Remp. in parte credenda, ab illis gubernari; ut cum Ulyſſe multorum urbes & mores videant, ſed non minus ejusdem exemplo Sirenum ſuavitates auribus obturatis contemnant. Ab hac vero integritate quantum diſtet noſtrorum Volaterranorum prurigo, & novitatis impetus, cottidie videmus. Itur in Galliam magnis examinibus voluptatis & animi gratia, errones noſtri vagantur per urbium amæna, tarbernarumque delicias, toti in eo, non ut ex peregrinis moribus quod ſalutare ad vitam hauriant, & quod fœ-

Digitized by Google

dum exitu evitent, sed ut patrimonium, quamvis sæpe domi angustum, per ambitum & luxuriam abliguriant, suaque inopia Galliæ loculos farciant. Domum reversi, ubi Gallico ritu sordide tuburcinari, manu tremula humilitatem obsequii ostentare, nutante cervice axillas timide flectere, caput leviter rotare, tibias girare, totumque corpus in mille gesticulatorias formas circumagere, vultum blandimentis intendere, ineptis salutationum generibus benevolentiam captare, atque versatili ingenio Protheum exprimere callent; rem strenue gessisse credunt, idonei scilicet digniq;, quibus omnes magistratus fasces submittant, Principes etiam sanctiora penetralia pandant. Nihil magnificum nisi Gallicum. Sordet patriæ Germana gravitas & masculum decus. Famulorum catervæ ut colonia ex Gallis deducta pulli Gallicantis latus obsident, nutusque religiosius observant, quam Ganymedes Jovi ministraret; scilicet ne pereant tot egregia ex Parisino penu deprompta dictamina, quibus exsequendis Ger-

Digitized by Google

Germani inepti habentur. *Non cibus quem occupant satiat ; non sine apparatu, nec sine blandimentis expellunt famem.* (q) Dapes nisi ad Galliæ culinarum leges elixæ frixæque, nauseam creant, coquus & dulciarius ni omnium deliciarum labyrinthos in mensa explicent, Germanicæ simplicitatis execratio oritur. Lectus qui non ad Gallorum usum stratus, vix somnum aut quietem admittit. Habitus quanquam ex Attalico panno ad antiquam factus normam, statim pro obsoleto, veterum Franconum vocabulo infamatur; recens & ad Gallicam novitatis vertiginem effictus, splendidus & unice venustus putatur. Hæc nempe nostra dementia est! Pileo libertatis olim signo, ad nutum vel servitium Galliæ utimur, nunc in turrim acuminato, rursum conciso, qui vix verticem tegat, statim resumpto qui toti corpori umbram faciens, cœlum & solem excludat. Eviscerati nuper thoraces, tot lineorum apparatu lacertos impediebant, qui navibus pigro mari in vela ventorumque

(q) Tac. M. G. 23.

Digitized by Google

ſubſidium ſuffeciſſet. Femoralia follicantia à muliercularum togis mutuata, in ſtrictiora nunc abſceſſerunt, quæ omnes artus exprimunt & vix bene tegunt. Collares faſcias, pavonum caudas æmulantes, Phrygii operis lacinia ſubinde excipit.

Si Rex Galliæ ut Henricus IV. barbam ſemi circularem amet, cuncti apud nos in ſimile hæmiſphærium declinant. Si Rex imberbis, quemadmodum Ludovicum XIV. vidimus, quilibet ſenex depontanus, juvenile mentum præferre, & canitie abraſa, in lanuginem mutare. Quid cachinno magis aptum argumentum, quam quo in ſimias nos deformare cottidie valet, ſuis lucris, noſtriſque damnis & ludibriis dedita gens, in hoc callidiſsima, ut profuſi luxus torrente, aurum & opes noſtras ad ſe derivet. Ipſi Galli hanc noſtram ſtultitiam exſibilare non deſinunt. *Vicinæ gentes*, ait Barclajus, (r) *ridiculo errore deceptæ, ad noſtrorum quoque mores, per earundem veſtium ac motuum imitationem putant accedere, ignaræ, lepo-* *ris*

(r) Icon. Anim. cap. 1.

Digitized by Google

ris & gratiæ virtute in nonnullis hominibus uno genio cuncta placere; in aliis autem, in quibus natura ad hos mutabiles habitus propria non est, ejusdem venustatis imitationem & curam ingratam ac ludicram esse. Tantæ molis est simulacrum versutiæ infeliciter appetere, totque dapsiles sumptus profundere ut ineptiarum athletæ evadamus. Ingeniosæ Poëtarum fabulæ, Jovis amores celebrant, qui ut forma præsignes fœminas ad complexum pelliceret, cygni, tauri, vel aurei imbris formam assumpsit: Nostri Gallicæ levitatis proci, in veritatem vertentes fabularum ænigmata, præ cæco Gallos imitandi studio, nescio annon ultra cygneas, asininas subinde species effingerent induerentque. Quod hodie pulchrum & ad omnem elegantiæ numerum absolutum, si aliud ex Gallia advolet, ut exoletum damnatur, & hoc vicissim brevi fastidito, reditur ad priora. Venusta ergo species nulla per se est, aut ex sua dignitate, sed ex inventoris cerebro utentisque imaginatione judicatur. Tam insano errore, ut toga, calceamenta, caligæ, ni

Galliæ in officinis fabricatæ ſint, nullum rei pretium ut Germanicæ. At cur ita popularis? Noſtri artium mechanicarum inventores ab ipſis Gallis celebrantur, qui ut diſcipuli ſuos magiſtros in æris, ferri & metallorum tractandi peritia Germanos agnoſcunt. *Nulla cultus jactatio apud majores noſtros*, (s) qui ſi hodiernos ver tumnos conſpicerent, putaſne, tot gallicis criſtis fimbriisque ferocientem Germanum, ut cornicula fabulatoris riſum, vel indignationem moturum?

Serv Pac. An ſatis verecunde in publicum educis veteres Germanos, quibus tegumen ferarum pelles, ſagum, cetera intecti juxta focum atque ignem egerunt. (t) Locupletiſsimi veſte diſtincti, ſtricta & omnes artus exprimente. Quis adeo ferus & barbarus, ut hæc revocanda cenſeat. Is eſt amicitiæ, ſocietatiſque cum Gallis nexus, ut non abſque ſordium & ruſticitatis nota relinquamus varia veſtimentorum genera illius gentis, quæ elegantiæ culturam inſigni proventu exercet. Videmus ipſam rerum

(s) Tac. M. G. c. 6. 4. (t) Tac. M. G. c. 17.

Digitized by Google

rum naturam varietatem & novas ſpecies cottidie moliri; quidni liceret imitari, & delibare qualemcunque habitum, ex Gallicæ mutationis infinita ſerie?

Sigefr. Pr. Ita eſto, ne in communi omnium inſania, præpoſtere videamur ſapere, induamus cothurnos, ut ſcenæ aptemur. Nil vetat habitum detritum abjicere, recentem ſumere, formamque veterem excedere: non ego propterea opus novum nunciandum contendo. Intra Germaniæ tamen fines, ſtare debet novus iſte veſtiendi apparatus, ne cum exitio fortunarum opes noſtræ in Gallicam migrent. Illud vero quam maxime ſtudendum, ne corporis exterior habitus, animum moresque invadat & immutet: id quod tamen indies animadvertimus in iis quos ætate incautos, elegantiæ & ſuavitatis fuco Gallia delinivit: Qui inter pectinem, ſpeculum & calamiſtrum occupati, belli, tenelli, comptuli nitidali ſeculi ſe ornamentum credunt. Ab illis nihil tam ſolenne audias, quam plenis buccis prædicari & infini-

Digitized by Google

finitum extolli, Galliæ opes & c
Regis thesauros, militum numer
robur, Luparæ vasta spacia, Luteti
plitudinem & splendorem, Magn
potentiam & luxum, plebejam qu
elegantiam, diversoriorum comm
tatem, mensarum lautitias, almæ V
propitium favorem, palestræ glad
riæ, saltatoriæ, sphæristerii ac nu
rii incredibilem præcellentiam. S
nulla Germania aula vel urbs est
aliquam vel minimam Gallici n
umbram apud illos æquare valea
deo vilia & protrita sunt, quæcu
(licet ita loqui) non Gallicant.
men bona cum pace erronum n
rum dixero, illos patriæ egregia
menta vel ignorare, vel mentis
adulterinis Galliæ radiis ita hebe
habere, ut non intelligant nec sen
quæ domi solida dignitate & lauc
rita, quæcunque peregrina & adv
tia antecellunt: sed minus æstim
ab animis præstigiis Gallorum ob
Ruunt nempe in Galliam juventa
les, vel potius pueritia lubrici,

Digitized by Google

quam necessaria scientia, moribus insuper ac erudita virtute imbuti sint; ignorantes, quid ubique cognitu pulcrum, quid æmulatu decorum, quos in usus quam in partem valeat? Hi tales vix domi tria Rerump. generalia vocabula degustarunt, at publici status indolem, & ingenia populorum dijudicabunt? Illi arcanas consiliorum regulas penetrabunt? præsertim in Gallia, ubi civilis habitus & negotiorum momenta indagare, ob crebras vel infinitas conversiones rerum, vix possibile ajunt esse, post Cominæum, ipsi Galli. Sicut enim res exiguas visu non discreveris, nisi adhibito microscopio aliquo, figura, color, omnisque species ex illa subtilitatis caligine, in plenam conspectus humani lucem educatur: Ita subtilissimum Reip. contextum, & celantia suos nexus vincula, & involuta tot artificiosis tenebris mysteria, qui citra facem Politici intellectus introspici posse autumat, is eadem opera sine pennis volare instituat, opinor. Proinde id remanet, nostros raro indipisci serios maturosque fructus, quos

quos vera pregrinandi institutio
mittit. Insania certe est, tam carc
tunarum detrimento, oblectamenta
liæ sectari. Cautela vero est, ne
patria egrediatur, priusquam pect
presidiis permuniverit, quæ solidi
rerum notitiam pollicentur: quæ
quam continget, ni animus civilis
dentiæ studio non vulgari, sit suba
& præparatus. Hoc defectu cot
peccatur; improvidus Germanus,
titulo virtutum foris excepta, p
solo infert inseritque, crescit mo
corruptela, sensimque arescit & ex
quitur majorum virilis virtus.
Galliæ admiratores, à vero peregri
onis scopo longissime aberrare p
& nisi impetus illorum maturo rem
cohibeatur, demum nil genuinæ fr
supererit.

Serv. Pac. Non ex quovis ligni
Mercurius. Non omnes qni in G
am commeant, sublimi & excelsc
ducuntur, ut regni & administrati
publicæ rudimenta illic ponant, gen
que prudentiæ civilis scrutentur. A

Digitized by Google

alia ſpes fovet; diverſi diverſa alunt ſtudia, rebus & vita ſuæ generi magis accommodata. Morum venuſtatem & ornamenta ad politiorem vitæ conſuetudinem, ut merces transmarinas, ſeligere, & ab exteris in ſe transferre, laude quam vituperio dignius eſt. Plurimos linguæ Gallicæ dulcedo allicit, quam ob negotiorum complexum & commercii neceſſitudinem, evidens commendat utilitas.

Sigefr. Pr. Cupido linguæ Gallicæ non exigit, ut Germanus propterea ſolum vertat, & Pariſios convolet in ſinu noſtro ea reperitur gymnaſiorum copia, quæ graculis garruliorem reddat, ſi quis Germanice loqui nauſeet. Admirantur noſtri elegantiam & leporem Gallici ſermonis, ſed propterea illum Carolus V. Cæſar ad gynæcei conclavia reſtringere ſolitus fuit. Comparata vero hæc Latini idiomatis ſpuria ſoboles, cum maſcula & heroica Germanorum lingua, aliter certe judicandum. Subacta à Romanis Gallia priſca incolarum vernacula lingva, prorſus ſuppreſſa & extin-

Digitized by Google

extincta fuit, insigni dominationis arcano, & pigarre servitutis; cum loquendi audiendique commercio sublato, jugum aversans populus, in Dominorum leges ritusque hac via pelliceretur. *Magistratus prisci,* inquit Valerius, (u) *quantopere suam populique Romani majestatem retinentes se gesserint, hinc cognosci potest, quod inter cetera retinendæ gravitatis indicia, illud quoque magna cum perseverantia, custodiebant, nec Græcis unquam nisi Latine, responsa darent. Quin etiam ipsa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, excussa, per interpretem loqui cogebant; non in urbe tantum nostra, sed etiam in Græcia & Asia, quo scilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur.* Unaquæque gens vernaculi sermonis semper tenax reperta fuit: Franci nostri postquam Romanos Gallia ejecissent, patrii sermonis usum induxerunt ac propagarunt. (x) *Non nos Belgæ tantum,* scribit Lipsius, (y) *sed ulteriores atque interiores Celtæ, & quicquid Franci occuparunt, lingua etiam eorum,* *id*

(u) Valer. Max. lib. 2. c. 2. (x) Lehman. Chron. Spir. l. 2. c. 45. (y) Lips. Cc. 3. Epi. 44.

Digitized by Google

id est Germanica usi. Extat canon Concilii Turonensis sub Carolo M., ut Episcopus homilias aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut Theutiscam, quo facilius possent cuncti intelligere. Itaque apparet Theutiscam tunc honestiorem & nobiliorem fuisse: Rusticos & viliores Romana illa corrupta, id est hodierna Gallica usos. Quod majores nostri ut agreste & ignobile, loquendi genus despiciebant, id nobis in summis deliciis est. Illi dedecorum existimarunt aliter quam Germanice loqui, apud nos hodie incivilitatis damnas esse jubetur, qui Gallicante salutatione perfungi, & relicto patrio sermone masculo, volubili verborum apparatu, fidem servitutis, animique abjectionem mentiri, haud sollicitus sit. Apte sed vehementius in rem præsentem scribit non nemo: Vere dici posse de multis nostratium, tanto nequiores, & à patriæ utilitatibus ac rationibus, alieniores esse, quanto Gallicæ linguæ callidiores evaserint; æque quod Ciceronis olim unus de servis, ut quisque optime Græce sciat, ita esse nequissimum. Nobis

bis certe periculosa, & (ita vanus sim augur) exitiosa demum est Gallica disciplina, ad exterminium linguæ & masculæ Germanorum virtutis grassatura. Quemadmodum Romanæ virtutis robur, non detracta duntaxat Asiæ præda, sed Græcula levitas, occulta magis noxa enervavit. Cum de imperio terrarum orbis inter æmulas urbes Romam & Carthaginem certaretur, hæc solemni perlato Senatus consulto capitis supplicio inhibuit, ne quis Carthaginensis Latinam linguam addisceret; verita, irrepente sermonis commercio, intuta, irrepente sermonis commercio, intuta non tantum arcana Reip., sed cives sensim cum hoste coalituros. Partam Germanis Romani Imperii dignitatem, utrum Galli nobis ereptam, sibi arrogare cogitent, nemo ambigit; sed omnes supersedemus vim astumque excludere, imo corruptis mentibus spem improbam intendimus & juvamus. Nam inter validissima imperia non minor exoritur æmulatio linguæ, quam virtutis, tanquam qui ex linguæ certamine victor

redie-

Digitized by Google

redierit, huic ipsi quoque de virtute concessum sit. (z) Subdit idem: *Inter cetera Gallicæ potentiæ instituta, est usus linguæ Celticæ.* Vaticinatur etiam cap. seq. 48. dicens; *Hodie Latinæ ubique loquuntur literæ, loquenturque, donec exortu magni imperii* (id est Monarchiæ Gallicæ, si Diis placet) *in suos libros compulsæ, inibi lateant.* Vidimus triste proscenium, fervente nupero tricennali bello, cum patrius Germaniæ sermo, peregrinis verbis ita deturparetur pollueretur-que, ut vix indolem nativæ puritatis retineret, manifesto infelicitatis & servitutis documento. Hodie nos sponte mancipamus Gallicismo, quid ergo reliquum est, quam ut eodem eventu expectemus Gallorum indomitam tyrannidem, quo illos Romani olim cum virgis & securibus, latine loqui docuerunt.

Serv. Pac. Itane piaculum est Gallica uti lingua, suavitate sua cunctos demulcente? eo in articulo res nostræ sunt ut illam ex Germania proscribere & peritiam damnare, inhumanum & ferme barba-

(z) Car. Paschal. de Legat. c. 47.

Digitized by Google

barbarum ſit. Nam alias aſperitatem quandam ſonat Germanicus ſermo, & ſi Garolus V. fœmineis confabulationibus Callicum attribuit, illius certe atrocitatem militibus & furioſis bellorum imperiis, proprium fecit. Hoc admiſſo, quod Germanica tantum dictio incluta ſit, Latinam quoque linguam repudiamus, uti & Italiam, Sclavonicamque contra Aureæ bullæ legem: (a) quin cunctis artibus & ſcientiis dicam ſcribimus? ad veterum ignorantiæ caliginem præcipites. Ipſi inter Gallos præcipui, linguæ noſtræ perdiſcendæ operam navant, quos non æmulari ignavum, & neſcio annon barbari cujusdam factus ſit. Relabemur ad priſtinæ ferocitatis anguſtias, reprehenſioni noviter obnoxii, *quod literarum ſecreta viri pariter ac fœminæ ignorent.* (b) Per interpretes loquendum, inſigni rerum agendarum impedimento Reverteremur ad uſitatatam majoribus populorum lanienam, & bellorum neceſſitatem perpetuam.

Stige-

(a) A. B. c. ult. (b) Tac. M. G. c. 19.

Digitized by Google

Sigefr. Pr. Non hi affingas illud supercilium, quasi omnem exoticum sermonem respuam, patrium unice suspiciens: peregrini equidem notitia & venustas in integro sit maneatque, animum saltem non inficiat, ut Gallici pectoris & mentis interpres sit. Dulci contagio serpit hoc virus, ut quicquid Germanum & candidum est, omnino extinguat.

Illos appello qui Germani in Germania non nisi Gallice, invicem crepere & scriptitare gestiunt, patriam linguam non excolentes sed fastidio habentes: Cujus tanta est majestas tantaque dignitas, ut cum aliis fere omnibus, non tantum de eleganti, verum de exquisitorum verborum circumductione, & periodorum decenti amplitudine atque tractu, certare possit. Principes quidem nostri immortali gloria sua, sodalitatem instituerunt ad asserendam Germanæ dictionis sublimitatem, in quam cum & mediocris fortunæ viri coptati fuerint, eliminata sunt exotica quæ illum deturpabant. Multo sudore Celticam blaterandi volubilitatem paramus, & quare non

Digitized by Google

non aliquid operæ impendimus, ut concinne orneteque loquamur patrio etiam & vernaculo ore. Tædet me sæpius audire & videre, eorum fœdas hallucinationes pudendosque errores in elocutione paterni idiomatis, qui in hoc genere diserti artificesque videri cupiunt: Doleo Prisciani vices, infinitum vapulantis, qui si Nostras foret, dudum crudeliter enecatus periisset. Propositum sit nobis, patriæ majestatem ut decet asserere, & fortuna Germaniæ ita splendescet, ut terrorem nominis nostri, ut olim exteris incutiat. Appellitent nos licet homines asperos & austeros, dummodo fama nunc virtutis nostræ, uti antiquitus regnet. Intemperies gallicantium ingeniorum maximopere abrumpetur, si plausibilem sine discrimine peregrinandi & Celtice garriendi amorem vel errorem exuamus.

Certe vanus est metus, nos perinde in antiquorum ignorantiæ tenebras relapsuros. Ea invaluit scientiarum aviditas, ut literarum intemperantia valde laboremus. Quotusquisque spissioris inge-

Digitized by Google

ingenii, doctrinæ laudem vehementius appetit; absque ullo discrimine aut delectu juventutem in scholis exigunt, qui provectiores denique ad aratrum & sordidas mechanicorum tabernas recidunt, ante liberalium artium magistri. Damnum redundat non in privatas & domesticas tantum rationes, sed publicum est quodcunque ea parte peccatur. Docemur stare & augeri commerciis regna, quæ ire in pejus & minui certum est, ubi quilibet è populo sectatur literas. Perniciosus est Reip. contemptus armorum, quibus nisi exercentur prima adolescentia juvenes, spernunt bellica, aut spernuntur à bellicis. Viget per arma Imperium ottomannicum, quia rarus Mahumetana lege armorum usus. Germanorum fortitudo, terrarum orbi formidabatur, quamdiu armorum studium excolere virtutis & moris fuit: dum neutiquam literarum monumentis, sed gloriam heroum suorum Nostri majores celebrabant carminibus, quod unum apud illos memoriæ & annalium genus erat.

Digitized by Google

(c) Marceſcente hoc ardore, ſpreti ac
ceſsitı fuimns.

Serv. Pac. Imo in Gallorum gymna
noſtrates militiæ rudimenta ponu
Nam arte gladio ferire, vel deflectere
ſtinatos ſibi ictus, quis neget ad rem
litarem pertinere? uti etiam equos in g
ros variare, & ludicro certamine v
præliis juventutem initiare?

Sigefr. Pr. Crediderim hanc gladia
riam eruditionem, non ad belli facino
ſed magis ad improbam vindictam
ſingularia certamina pertinere. R
hodie cominus pugnatur, non ferro a
plius ſed igne bellum geritur. De
joribus noſtris, ita legimus. (d) *Rari g*
diis aut majoribus lanceis utuntur, haſtas,
ipſorum vocabulo frameas gerunt, anguſt
brevi ferro, ſed ita acri & ad uſum habili
eodem telo, prout ratio poſcit, vel cominu
eminus pugnent. Et rurſum cap. 24. *G*
ſpectaculorum unum & in omni cœtu id
Nudi juvenes quibus id ludicrum eſt, inter g
dios ſe atque infeſtas frameas ſaltu jaci
Exercitatio artem paravit, ars decor

H

(c) Tac. M. G. c. 2, 3. (d) Tac. M. G. c.

Digitized by Google

Hanc agilitatem in Gallia non didicerant. Attamen Germani genus militum atrocissimum, Romanis habiti; & læta bello gens. (e) Meministi quid Ariovistus Cæsari nuntiari jusserit: *Cum vellet congrederetur, intellecturum quid invicti Germani, exercitatissimi in armis, qui intra annos XIV. tectum non subiissent, virtute possent.* (f)

Serv. Pac. Ambigua laus est, dissimulanda vel reticenda citius, ne antiquorum latrocinia defendamus, *qui nec arare terram, aut exspectare annum, tam facile persuasi, quam vocare hostes & vulnera mereri. Pigrum quin imo & iners visum sudore acquirere, quod possent sanguine parare.* (g)

Sigefr. Pr. Ipse Cæsar Julius absolvit Germanos: *Latrocinia*, inquit, (h) *nullam habent infamiam, quæ extra fines cujusque civitatis fiunt.* Temporum illorum genio id imputandum, cum idem mos aliis quoque gentibus usurpatus. Quid enim de Romuli ætate, & primordio urbis æter-

(e) Tac. H. 2. 32. & H. 4. 16. (f) Cæs. de bell. Gall. l. 1. (g) Tac. M. G. c. 14. (h) Cæs. bell. Gall. lib. 6.

ternæ aliter pronuntiare potes. *Ad tempus Hispanis latrocinari inter pulcherrim habebatur.* (i) *Ad Tarquinii tempora latrocinium maris gloria habebatur.* (k) Hi in barbaros prædam exercere laudatu Aristoteli, & ipsa vox hostis veteri L tio nil nisi externum significabat. Hinc illa apud Homerum, an prædon estis? amica interrogatio,

Serv. Pac. Antiquos sua fama laud vel condemnat; detritos, & atro sæpi calculo notandos mores, haud curo, agitemus ut nostra cum dignitate tue mur. Nondum evanuit Nostratium be lica laus & fortitudo, nec armorum cu tus. Ingentem esse potentiam Germ niæ, inexhaustumque robur, Petrus V ctorius Italus, externus & incorrupt testis, adfirmat, dicens: (m) Non sem ab harum rerum curiosis observatur uno tempore bis centum millia Germ norum diversis Principibus extra Ge maniam militasse, nullis domi solitu din

(i) Plutar. in Mario. (k) Justin. l. 43 (l) Gr d. l. B. P. 2. c. 15. n. 5. (m) Orat. de obitu M ximil. II. Imp.

Digitized by Google

dinis, aut imminutæ frequentiæ veſtigiis comparentibus. Quod ſi de viribus & militari arte hodierni Imperii conjectari velis, reſpice ad ſuperioris belli Germanici exercitus Ligæ & Unionis. Quanto molimine res in illo bello geſta fuerit, quot præliis & quam atrocibus decertatum, attoniti etiam exteri mirantur. Apud Romanos olim ſingulis veluti ictibus bella tranſigebantur: Germania licet totis concuſſæ viribus Europæ premeretur, per XXX. annos continuo bello ſuffecit.

Sigefr. Pr. Nefas ſit vividam Germanorum fortitudinem ambiguam reddere, quam hoſtes funeribus luctuque non minimo plorant. Veruntamen tot millia noſtrorum venalem circumferre ſanguinem, indomitumque robur, patriæ & penatibus tuendis debitum, externæ libidini & ambitioni impendere, exitioſum certe & nunquam ſatis excuſatum facinus aſt.

Serv. Pac. Semper audiit Germanorum gens periculorum avida. (n) *Jam olim,*

(n) Tac, V. Hiſt. 19.

si civitas in qua orti, longa pace & otio te
peret, plerique nobilium adolescentium pet.
runt ultro eas nationes, quæ tum bellum a
quod gerebant. Ingrata nostris quies, & f
cilius inter ancipitia clarescere. (o) Frust
exprobras quod dudum in morem
consuetudinem vertit.

Sigefr. Pr. Sed contra patriam, cogn
tos, propinquos & populares sacrame
tum dicere, conspirare cum exteris,
bello grassari, incognitum veteribus fl
gitium. Superiori bello, spatio XVI
annorum, ex ipsa Suecia non sup
LXX militum CIↃ sunt emissa, qu
rum multi in patriam reverterunt. (
Cum tamen durante isto bello, vix u
quam infra C. CIↃ. Germanorum, sæ
supra in armis fuerint. Non fortitu
sed furor est, amorem patriæ insuper,
militiam sine affectu, sine judicio hab
re. Si otium prorsus execramur, for
tudinem exseramus, ubi victoria in se
vitutem Germaniæ non erumpit. L
gibus & Constitutionibus equidem
ve

(o) Id M. G. c. 17. (p) Monramb. de st
Imp. Germ. c. 8.

Digitized by Google

vetitum, sed illæ prohdolor vel contemnuntur vel vincuntur, vi, ambitu, pecunia. Beatiores longe majores nostri, qui non hiatu præmiorum, sed gloria rei bene gestæ fortitudinem metiebantur. Non in cives sed hostes illis sævitum. *Quod aliis Germanorum populis usurpatum rara & privata cujusque audentia, apud Cattos in consensum vertit: Ut primum adoleverint, crinem barbamque summittere, nec nisi hoste cæso exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum, super sanguinem & spolia revelant frontem, seque tum demum pretia nascendi retulisse, dignosque patria ac parentibus ferunt*, ait Tac. (q) *Quodq; præcipuum fortitudinis incitamentum est, non casus nec fortuita conglobatio, turmam ac cuneum facit, sed familiæ & propinquitates & in proximo pignora.* Ex hac aciei structura, statim apparet, nostrates suæ civitati, patriæ laribusque sanguinem immolasse, neutiquam peregrinæ dominationis in usum prodegisse. Redeat iste Germanis animus, & facile ut majores *fama profligabimus bella.* (r)

(q) d. M. G. c. 31. & c. 7. (r) Tac. M. G. c. 14.

Serv. Pac. Tu videris an publica utilitas flagitet, omnem ſine diſcrimine multitudinem, derelicto agriculturæ ſtudio, in Campum Martium trudi, uti apud antiquos uſitatum? Fertne hodiernus dies, externis quandoque exercitibus haud miſceri Germanum militem, extraque patriam pugnare? Magnæ multæq; Germanorum copiæ, olim etiam in Romanorum caſtris militarunt.

Fœderum cum exteris libertas, Principibus & Statibus Imperii adſerta & ſalva, fidesque data ſæpius expoſcit foris militare; atque vix unquam noſtrorum in arma proclives animos, domi prorſus continere licet, quin identidem peregre bella ſequantur. Auxilia etiam mutua, vicinorum præcipue, qui tollit, næ ille humanæ ſocietatis vincula commerciorumque radices exſcindere conatur. Improbum novumque idcirco non eſt, extra patriæ fines ſtipendia merere. *Veteres quoque expetebantur legationibus & muneribus ornabantur.* (s) *Gaudebant præcipue finitimarum gentium donis, quæ non modo*

(s) Tac. M. G. c. 13. & c. 15.

Digitized by Google

modo singulis sed publice mittebantur, electi equi, magna arma, phaleræ torquesque. Romani etiam pecuniam accipere docuerant.

Sigefr. Pr. Durasset certe antiquorum integritas, ac innocentia, qui *gaudebant muneribus, sed nec data imputabant, nec acceptis obligabantur. Fuit videre apud illos argentea vasa, legatis & Principibus eorum muneri data, non in alia vilitate quam quæ humo finguntur.* (*t*) Non invitabat tum auri insana fames, exterorum illecebris impervia erat constans in patriam caritas, non precibus aut pretio expugnanda. Verum ingruente peregrino Romanorum Dominio, finitimis gentibus suppetias prompte tulerunt Germani, ut servitutem à suis sedibus arcerent. Recentioribus demum seculis portentum illud in Germania visum, exteros fuisse in auxilium advocatos, quando imminutionem Imperii, perniciemque patriæ corruptis semel mentibus ac consiliis, ipsi cives moliri cœperunt.

Fœdera pangendi licentia, Palladium reputatur Germanæ libertatis; quod si

H 5 rectis

(*t*) Tac, M. G, c. 21. & c. 9.

rectis oculis ſimulacrum hoc intueri libet, dira Erynnis apparet, quæ Noſtrates internecinis odiis limphatos, noviter in miſeriæ præcipitium adegit. Quotquot diſcidia & inteſtinas factiones meditati ſunt, hoc Idolum gentium peregrinarum profano cultu adorarunt. Nunquam ſatis deplorandus error ac lapſus eſt, ſalutem & incolumitatem Reip. peregrino inſidiatori concredere. Omnis ætatis exempla monent, quoties civilibus diſcordiis componendis, exteri delecti fuere, ſemper utraque parte litigantium ſubacta, impotenter fuiſſe dominatos. Haud aliter quam qui ad incendium diſsitæ domus reſtinguendum accurrentes, nil potius habent, quam ſuppellectilem flammis expoſitam diripere. Nihilominus ſanctum immunitatis præſidium exiſtimatur, accerſere poſſe in ſubſidium iræ & livoris finitimorum potentiam; contra populares, cognatos & vicinos, cui forte ſuccenſes, ob terminalem lapidem ambigue poſitum, & neſcio quod exigui ponderis jus tibi negatum. Et ſi dicere fas eſt, quam primum

Digitized by Google

mum erga leges obſequium, vel reverentiam, ſummo Principi debitam exuere libido ſubiit, trita jam ſemita in Galliam & ſeptentrionem feſtinatur, educuntur æmulis ex regnis, qui violatis divinis juxtaque humanis rebus, cœlum terræ miſcentes, ſibi imperium parent, & ſpecie auxilii atrociter dominentur. Quod ſi arma adverſus patriam ſemper ſunt impia, ut in propria viſcera adacti ictus, deteſtanda profecto magis, quoties vis exotica furorem illorum auget. Conſtat equidem fœderibus ſua utilitas, ad propulſandam imminentis periculi molem: Attamen non minus compertum habemus, eadem eſſe calliditatis & inſidiarum creberrima inſtrumenta, penetrandi arcana, vires, conſilia illorum, quos debilitatos everſosque æmuli exoptant. Vix alia bellorum proclivior cauſa, quam ex fœdere inito, & mox maligna interpretatione non ſervato violatoque, derivata. Majore hic opus cautione, quam in ullo civilis adminiſtrationis & prudentiæ articulo.

Digitized by Google

Germanorum Publici juris inter-
tes disputant, an Carolus IV. Cæsar,
hibendo cuncta fœderum genera,
ad pacem publicam non pertiner-
cum exteris inita etiam pro illicitis
buerit? (u) Diserta equidem ho
mentio non extat: At cum Imperato
la quæ Principes & civitates super g-
rali pace provinciarum firmaverant,
etiam declarationi servaverit, non
pliciter approbando, plus quam ver
mile fit, illum Imperii quietem & t
quillitatem respexisse, atq; interre
tum, externas conventiones societat
tali sub concessione neutiquam fu
complexurum. Neq; pactorum cum
regrinis expressio tum valde necess
fuit, cum nondum invaluisset illa ab
tiva sapientia, foris quærere rebus
subsidium, vel ejusmodi adminiculo
struere aliis nocendi conatum. Imò C
rolus hanc suam mentem sententiar
liquido exprompsit, improbavitq; co
tra Albertum contractum Austrium, T
gurinorum cum vicinis inita fœdera,
cens, (x) cum imperio addicti essent, r

(u) Aur. Bul. cap 15. §. 2. rec

Digitized by Google

recte nec ordine esse factum, quod se inconsulto, fœdus cum quoquam fecissent. Fœdera ejusmodi irrita esse debere, seq; pro sua auctoritate, ab omni fœdere & jurisjurandi sacramento liberos pronunciare. In oratione ad Proceres Imperii habita, graviter ursit Julius Pflugius Episcopus Naumburgensis: Maximilianum I. de sententia ordinum lege cavisse, ne ullus Germanorum, contra Legem de pace publica, se cum aliis Germanis fœdere jungeret, neue bellum sine autoritate publica susciperet, aut societatem, cum exteris gentibus contraheret, vel militem conscriberet. (y)

Serv. Pac. Oppugnant hoc alii, & exemplis in contrarium actis defendunt. Usum & observantiam respicientes, varia invenimus fœderum genera, ab Imperii Proceribus optimo jure percussa, non attento Cæsarum mandato vel consensu. Sic inter LX. civitates Rheni, tum illas quæ Hanseaticæ dicuntur, societates initæ; Sic fœdus Suevicum, multaque alia in Germania cojerunt:

(x) Geurd. de Roo. Hist. Austr. Et lib. 3. p. 109. (y) Arum. ad A. B. Disc. 6. n. 7.

Digitized by Google

Et profuerunt hæc exempla posterita
Similibus enim consiliis etiam malisp
blicis obviam itum, ac multorum aud
ciam ac molitiones repressas esse co
stat. Nec aliter servari res commun
possunt, publicis periculis augescentibu

Sigefr. Pr. Ipsa legis Carolinæ verba
largiuntur fœderum libertatem, quæ p
cem securitatemque communem cont
nent: (z) Ita tamen ut Imperatoris e
iam approbatione negotium geratur.
mo Carolus V. Cæsar jussit Episcop
Herbipolensem & Bambergensem cu
Noribergensibus fœdus jungere. Sed
Rhenensium civitatum illo, quod att
listi, alius rerum habitus, diversa etia
consilia induxit. (a) Liquet hoc
Chron. August. verbis. *Interea Vilhel
Rege Romanorum, cum Comitissa Flandriæ
Frisonibus bellica agente negotia, Civita
Rheni, quasi destitutæ. Regia defensione, v
culo societatis fortißime ad invicem conju
guntur, Capitaneum eligunt, telonia ejusd
fluminis, quæ à pluribus fuerant aggrava
removerent, vicinos Principes & Comites
soc*

(z) A. B. dict. cap. 15. (a) Vid. Cuspin. vit. G

Digitized by Google

ſocietati adhærere compellunt, undique in finibus ſuis pacem ordinantes optimam & hactenus inauditam. Vetus hoc, certe nil commune habet cum nupero fœdere Rhenano, quod ex Regia GallorumSuecorumq; libidine à Germanis initum, ad accidendū ipſius Imperatoris & Imperii potentiam; Antiquum fuit percuſſum ut conſilia viresq; invicem coadunarentur, non ut Imperium diſſiparetur ejusq; inſignis regio Burgundia, Gallorum audaciæ expoſita eſſet. Sed cum pro externo habendum ſit, hactenus huc non pertinet.

Societas Hanſeatica invaluit quoque ſine publica auctoritate, cum perturbatiſſima eſſet Imperii ratio, everſaq; Cæſarum dignitas:(*b*)Contracta autem fuit, non in remedium Reip. aut mutua defenſionis cauſa, ſed ob navigationis commerciiq; maritimi libertatem in regnis exteris. Eoq; magis iniqui ſunt, qui ſocios Hanſæ urbesq; , ut ſeditionis vel monopolii reos, criminantur. Licet enim hæ Cæſari & Imperio, tantum mediis

(*b*) A.C. 1270.

Digitized by Google

diis Principibus obedirent; cum tamen hi quoq; suos commerciis florentissimos optarent, intercessere sæpius ut subditæ sibi civitates in jura Hansæ reciperentur. Creverunt urbes ad formidabilem potentiam, ut bella pro sibi concessis semel immunitatibus, cum Danis, Suecis, Anglis, aliiq; populis magna felicitate gererent: Sed certamina ipsas inter, & Principes Germanicos, tota Hansæ societas, ad se pertinere olim non credidit. Itaque nec observare in monumentis est historicis, in defensionem singularium urbium sumpta esse ab omnibus sociis arma, aut submissa auxilia. Sane suppetias sibi mutuas nonnunquam aliquæ hujus fœderis tulerunt; non ex Hansæ illo communi, sed novo & singulari pacto. Quod si publica Imperii approbatione & consensu, urbes ab initio talem inivissent societatem, hodie magno nostro detrimento non videremus, commerciorum vigorem ad alios demigrasse populos. Propterea de reducendo fœdere, hoc seculo videtur sæpius actum frustra. Suevicum fœdus mole &

Digitized by Google

& numero præ alis celebre fuit, sed in illo Cæsaris auctoritas maxime eminuit. *Avorum memoria*, inquit Simlerus, (c) *cum Friderico Augusto* (vulgo dicitur III.) *auctore & Principe, Suevicæ urbes fœdus fecisent, magna initio apud omnes ejus fœderis fama fuit: verum bello adversus Helvetios temere suscepto & infeliciter gesto, multum existimationi ejus decessit.* &c.

Alia non minus Germanicorum Principum fœdera in aprico sunt, ne tamen illæ conspirationum imaginem referrent, ad Imperatorem semper delata suppliciter fuerunt. Sic quando sub Ludovico Bavaro nonnullæ civitates Rheni fœdus repeterent, Imp. nomen ipsis tabulis præscriptum legitur. (d)

Ser. Pac. Non laborandum amplius de Procerum Nostrorum integerrima fœderum libertate: Ea quæ cum exteris percussa pro rejectis & illicitis habes. Sed affirmat Bodinus, (e) Principes Germaniæ, cum Gallicæ Regibus XLVII. fœdera

(c) Jos. Simler de Rep. Helu. lib. 1. (d) Vid. Lehman. Chron. Spirens. lib. 7. c. 30. (e) Bodin. de Rep. lib. 1. c. 9.

Digitized by Google

se auxilio futuros adversus omnes, excepto Imp. ac Rege Romanorum spoponderunt: nec dubitarunt se vasallos ligios Regis Francorum eo irejurando constituere. Excipio Trevirensem Pontificem, quise socium ac fœderatum Regis appellat, non vasallum. Idem fere scribit Chassanus Consiliarius Gallicus.(g) *Les Electeurs de l' Empire, relevent de la souverainité de nostre Cuoronne; & s' aducuent Vassaux, & hommes ligss des Roys de France. Scilicet Electores a Corona Galliæ dependent, Regumque Galliæ vasallos & homines ligios se profitentur.* Quid in Germanorum Principum contumeliam impudentius fingi potest? Ineptus sit oportet, qui similibus nngis respondendo tempus consumat.

Smalcaldicum fœdus, Electore tum Joanne Friderico Saxone, & Philippo Hasso Ducibus percussum, Reges quidem Angliæ & Galliæ imploravit, ne sese suosq; socios destituere, sed sibi suæque Ecclesiæ suffragari vellent. Si tamen fides adhibenda Joachimo Camerario, industrio

(g) Chassan. lin. 2. chap. 1. larecher. de Roy & de la Cour. de France.

duſtrio & partibus immixto ſcriptori; (h) Franciſcus I. Gallus quanquam id ambiiſſet, non fuit in ſocietatem receptus. Erant quippe ex Germanorum Optimatibus, qui Gallica fœdera Smalcaldicis acute exprobrarent. (i) Nam durabat in animis licet securiter exulceratis, erga Imperatorem reverentia; vel quod juſtus metus illos in officio contineret. Ceterum bellum à turbida ſocietate contra Carolum V. Cæſarem improſpere geſtum, punitis ejus auctoribus, ad fortunam fatumque illorum ſpectat, qui imperatoribu s nunquam impune repugnarunt; uti abunde ſupra oſtendi. Et quicunque recentiorum rationem caſuum evoluere cupit, idem impoſterum deprehendet. Simul ac notari velim (quod ex jam allatis docui) Germaniæ ac patriæ refractarios cives, à Gallis ſemper ſtimulatos, conſiliis axiliisque inſtructos fuiſſe, id nunc luculenter apparere.

Serv. Pac. Quamvis omittam Smalcaldicorum cum Gallis unionem, quod hi

(h) Joach. Camer. de bell. Smalc. ad Freh. tom. 3. p. 393. (i) Hortl. Vol. 2. lib. 3. c. 18.

Digitized by Google

hi nulla tum arma sumpserint: Alia tamen supersunt Nostratium cum Gallis fœdera. Quod ne graveris à Joh. Fraxineo Episcopo Bajonensi, Henrici II. Gal. Regis Legato intelligere. Edisserit ille apud Imperii Proceres, *vetustam utriusque gentis necessitudinem & consanguinitatem, quoque Philippus Augustus antiquum illud inter ambas fœdus quod vetustate pœne obsoleverat, non solum renovarit, sed ad perpetuam rei memoriam, aureis literis describi curaverit.* (k) *Dissoluta demum conjunctione illa, insititiis quibusdam, nec ea functione dignis Principibus ad Cæsareum fastigium evectis, una quoque robur Germanicum, aliquando tempore per domesticas calamitates debilitatum fuisse, donec Lucemburgii summa virtute Principes Henricus VII. & ejus nepos Carolus IV. Aureæ Bullæ conditor, Carolique filii Venceslaus & Sigismundus Imperio potiti, pristinum Germaniæ Majestatem reddiderunt; & rursus cum Galliæ Regibus artissimam amicitiam junxerunt. His successisse Austriacos* (qui tamen jam pridem rerum potiti) *& in Albertum, qui nullis pollicitationibus aut minis*

(k) Thuan. lib. X. hist. p. 211.

minis à Bonifacio VIII. inquieto aut superbo homine, induci potuerit ut Philippo pulcro bellum inferret, & Galliam in prædam a Pontifice datam oppugnaret.

Sigefr. Pr. Haud gratuitæ sunt Gallorum blanditiæ, quando fallacibus verbis germanitatem (ut ajunt) quandam sibi nobiscum intercedentem, & communem originem adstruunt. An vero de nomine & sanguine Francorum hodierni Galli vere glorientur? ex jam allatis judicare pronum est. In dubium nequaquam voco Nostratium cum Gallis mutua fœdera, pacisque conventiones, & in superioribus affatim ostendi, quam sancte justeque, utriusque stirpis Carolingorum & Capetingorum Reges, pacta jurata observarint, dum vi fraudeque toties repetitis molitionibus, Germanis Lothariense vetustum regnum eripere, sibique mancipare conati sunt.

Quod Orator Gallicus hic prodit aureis characteribus perscriptum fœdus, stetit Fridericum II. Cæsarem inter, & Philippum Augustum Regem Gallorum. A. C. 1212. *Etenim apud Vallem coloris*

Digitized by Google

mediante percusserunt fœdus, & renovarunt amicitias perpetuas, sicut fuerunt inter eorum prædecessores. (l) Dicit Fraxineus dissolutam illam conjunctionem ab insititiis Principibus, & designat fortassis Adolphum Cæsarem, qui Gallos Flandriam captantes armis repressit. De Henrico Lucemburgio Imp. fallit oratorem memoria, cum constet fuisse illum infesto in Gallum animo, usque adeo ut nonnulli memorent agitasse illum consilia, de Gallia omni subjuganda in obsequium Imperii. Ceterum hic Gallicæ impotentiæ character adprime notari meretur. Commendat enim Orator, qui Gallorum aviditati studiis suis ancillati sunt Imperatores ex Lucemburgensibus, præcipue autem Carolus IV. infinito elogio mactatur. Quo vero dulcior illi hujus Principis memoria, Germaniæ est luctuosior. Grates illum maneant dignæ ob Aureæ Bullæ sanctionem: Alias laborat fama ipsius apud Scriptores, qui illum Galliæ, quod in illa educatus fuerat, quam Germaniæ mag-

(l) Rigord. in lib. de gest. Phil. Aug. R. F.

magis addictum un
tur. *Carolus*, ait Aventinus, (m) *Galliam Narbonensem, quam Viennæ Principatum, Regnum Arelatense vocamus, ab Imperio ab alienavit, Joanni sororis suæ marito, ejusque filio Carolo V. Regi occidentalis Franciæ tribuit. Sigismundus filius ejus, qui post rerum potitus est approbavit. Libertatem Germanam, majestatem Imperii Romani, Populi victoris gentium fortunam, hostibus Reip. prodidit.* Meretur tamen censuram Aventinus, quod Arelatense Regnum Carolus IV. haud prorsus alienarit: (n) Mansit enim illud juris & proprietatis Germanicæ, cum in Carolum Delphinum, sola vicaria potestas illius ditionis, excepta Sabaudia, translata sit: Eaque non hereditaria, aut in Galliæ Reges transitoria, sed cum vita Caroli finienda. Dubio intere caret, fuisse Carolum IV. Germaniæ per niciosum Principem. Quod secum ex pendens Maximilianus I. Imp. in solem ni Ordinum Imperii consessu, professu est: Fuisse illum vitricum Imperii, & esti

(m) Avent, lib. 7. p. m. 639. (n) Vid, H. Co ting. de Fin, Imp. c. 24.

Digitized by Google

nunquam lacessiverat; ext
pis sæpius vulgatæ. In
pud Gallos Axioma (r
carbone notandum: *Non esse aliud domina-
tionis Austriacæ frænum Europæ dum immi-
net* (quod improbum est commentum)
*quam si Rex Gallus cum Ottomannis fœdus
nierit.* (p) Eviluit ècontra libera & pia
vox Fulconis Archiepisopi quondam
Rhemensis, Carolum Simplicem Galliæ
Regem ita admonentis: *Quis non expave-
scat, vos inimicorum Dei amicitiam velle, ac
in cladem & ruinam nominis Christiani, pa-
gana arma ac fœdera suscipere detestanda?
Nihil enim distat, utrum se quis paganis so-
ciet, an abnegato Deo Idola colat.* (q) Nos
vero in asylum & sinum eorum confuge-
re, qui nobis non clandestinas tantum
insidias, sed truculentissimum hostem
palam comparant, quis credat? Omnis
certe pietatis honestatisq; ratio expostu-
lat, eorum commercia & societatem fu-
gere, qui ipso contactu lædunt.

K *Serv.*

(p) Grammond. hist. lib. 3. p. m. 206. (q) Fra-
doard, lib. 4. hist. Rhem. c. 6.

Et in hunc præcipue finem, hodienum excubat penes Portam Ottomannicam Legatus Galliæ, (referente magni nominis Italo) ut pro re nata barbarum hostem innocuis Hungariæ populis immittat; neque enim intercedunt Gallo cum Turcis ea negotiorum momenta, quæ continuam oratoris præsentiam exposcerent. Reges Galliæ Carolum IX. & Henricum III. non sua benivolentia, sed domesticorum molitiones distinuerunt, quo minus nobis imminerent. De Henrico IV. aliter sentiendum. Misit ad Unitos conventum Hallæ celebrantes, ubi ipsius Legatus Boissizius disseruit; (r) *Regem, Unionem Germaniæ Principibus utilissimam judicasse, sive omnes sive singuli spectarentur. Ea enim ut viribus crescerent ita etiam autoritate, respectu & amicitia. Inimicis* (qui nulli erant, nisi Catholici ex vana suspicione, aut Gallorum persuasione pro talibus haberentur) *formidabiles futuros, tanquam ad resistendum armati* (in ruinam videlicet Germaniæ) *amicis reverendos, ut auxilio & ope promti.*

 Præ-

(r) Limm, Addit, I. P, lib. 4. c. 8. n. 52.

Digitized by Google

Præterco vasti consilia moliminis, quibus Henricus IV. Europæo orbi alium habitum circumdare, ampliora Regna novasq; Resp. Austriacorum ex spoliis, decrevisse fertur. Tumor Gallicæ ambitionis usqne quaque protuberat, & nos ad agnoscendam hanc lucem caligamus.

Serv. Pac. Itane vero Galli conflarunt intestina Germanorum bella? Quoties cum Hispano, Dano, Sueco, Transylvano alliisque, suppetiarum vel mutuæ defensionis pacta inita? Hallense, Lipsiense, Heilbronnense fœdera, Germanorum utique sunt, quibus solidiori ratione sustinendis, externi Reges & Principes adhibiti fuerunt. Erumpentibus hoc seculo Germaniæ motibus, Ludovicus XIII. Galliæ Rex Ulmæ congregatis Proceribus partis utriusq;, pacis autor fuit, quam Hispaniç orator irritã reddidisse dicitur.

Sigefr. Pr. Rariores sunt Nostratium cum Hispanis fœderum contractus, & minus è longinquo suspecti aut formidabiles, experientia etiam teste non dàmnosi. Nulla Hispanis antiquorum jurium fictio Austrasiam & Germaniam vin-

Digitized by Google

vindicandi, prout Gallis, qui commentitio in nos avito dominio, rebus noſtris inhiant, & eo ex capite ſemper periculoſa illorum amicitia. Unitorum cum Tranſylvano & Turcis conſpiratio, cæptæ firmamentum ſeditionis, fœdam impietatem olet.

Rex Daniæ in Ordinum Imperii numero, nec certa conſideratione pro externo habendus eſt. Porro Ulmæ quidem compoſitæ res fuerunt inter Catholicos & Proteſtantes, ut omnis utrinq; vis ceſſaret: Diſerte autem excepta fuit Bohemia. Gallos haud ſponte vel animo benevolo illam conciliationem agitaſſe compertum eſt. Exiſtimarunt enim *æternam fore* (accipimus augurium) *genti Auſtriacæ Imperii detentionem, ſi hereditario jure Regnum Bohemiæ illi poßidere daretur.* (*s*) Hinc inter ſolæciſmos Politicos, ut ajunt, connumeratur, quod Rex Ludovicus XIII. varie per Legatos & argumenta egerit, in re quæ tota erat in armis. Audiamus Gramondum: (*t*) *Per ea tempora Rex Gallus bello inteſtino labora-*

 bat,

(s) Gram. hiſt. l. 4. p. m. 254. (*t*) d. l. p. m. 242.

bat, ideoque forsan conversis ad civile bellum animis, externa sine cura habebantur: Sed non ea fuit negati subsidii (Palatino scilicet & Bulliono id petenti) causa. Nascentibus dissidiis Hungarico & Bohemico, in plano erat Austriacæ gentis Germanica dominatione dejectio, si dubio adhuc Ferdinando, ex improviso irrumperet justo Gallus exercitu: at enim rerum Gallicarum arbiter Luynæus totus fortunæ suæ incumbens, parum curabat Gallici nominis dignitatem, provehique gentem Austriacam patiebatur, si sine privato ipsius detrimento augeretur, quod est pessimum ministro summam rei habenti, cui præcipuum esse debet, quodcunque ad Remp. spectat. Fuerunt qui crederent, ex compacto actum inter Austriacos & Luynæum, promerendæ Pequigniæ virgini, quæ tum in aula Archiducissæ Bruxellis agebat. Affectabat prædivitem hæredem Marescallus Cadenetus, Luynæi frater, nec spes nuptiarum, nisi per abdicatam Palatini causam; hinc omnis labes, si vera fama.

Res omnibus exploratas altius non repeto, neq; mihi propositum contendere ulterius fœdera, dummodo demonstrē, quod

Digitized by Google

quod Galli incendium iſtud, quo per XXX. annos Germania deflagravit, ſuſcitarint; & ingeſto ſtrenue oleo aluerint, ſpecie aquarum liquorem uſtibilem affundentes. Noſtrates hic neutiquam excuſandi, quod ſtupenda caligine, collucentes tædas facesq; demum non agnoverint, ſed præcluſis oculis admiſerint. Non inepte cum ſcholaſticis dici poteſt, Germanos materiam, Gallos formam & eſſentiam diro huic operi præbuiſſe. Nemo non videbat longa unitorum factioſa meditamenta, tandem ad apertam vim ſpectare, patriamque bellis civilibus in exitium ruituram; (u) id ipſum agentibus externis, qui partium ſtudia callide promovebant, contra Catholicos Proteſtantes, & hos invicem ſuſcitando, ut gens potentiſsima inteſtinis motibus diviſa, obnoxium proximis latus aperiret, longæque libertatis licentia concideret. Poſt erepta Boëmia & Hungariæ diademata legitimo & ſacrato Regi, nihil ſanctum & intactum ullibi relictum: Indignantibus etiam veterum Proteſtantium

 non-

(u) Epit. rer. Germ.

nonnullis facinorum audaciam. Sed inter cives fere primum pugnatum in Germania ; non suffecit autem intestini furoris laniena , ad consequendum quod ex luxuriante libertate sperabatur , nisi peregrinæ gentes æmulæque, non magis ad bellum quam ad prædam , & veluti Germaniæ possessionem accirentur. Dum Galli decumanis fluctibus domi jactarentur, Germani vocarunt ex ultimo Septentrione Ducem & Dominum , quem ultorem sacrorum , vindicem religionis & Deo proximum , imo Deum habuerunt : (x) externæ dominationi , quam in suis extimescere ajebant, sponte succedentes. Pari Græcorum fato,cum Philippus Macedo inuitatus , cunctos sub jugum misit. Postquam vero felicis illius temeritatis filum in Luzensi prælio succisum crederetur , acrius adhuc Germaniæ fatum erupit , quod in gratiam demortui Regis , Protestantes Hailbronnæ rursum uniti (Saxone quanquam & aliis dissentientibus) Cæsari

(x) SUED-DEUS.

Digitized by Google

ſari ſacramentum renunciarent, ordinum nono Senatu compoſito, cui Oxenſtirnius præſideret. *Idque primum in libertate ſua extremum vidit Germania, ut qui Cæſari, qui legibus, ſibique ipſis parere nollent, mortui Regis ſatelliti obedirent.* Sic conſpiratio in bellum ſacrum peracta, ut nulla etiam de pace ineunda mentio fieret. Id Gallicis fraudibus datum, qui lætanter Germaniæ ruinam ſpeculantes, conſiliis, ſollicitationibus, tum occultis manifeſtisque ſubſidiis, Suecorum audaciam ſuſtentavere, donec in ſacro bello Proteſtantium ſocietatem palam Hailbronnæ induerent. Suecis ſtipulantibus, Catholicam fidem ubivis ſartam tectam intemeratamque habitum iri. Scilicet ne ludibrio & irriſus quicquam deeſſet, perſuaſi fuerunt Germani, hiſce ſuis propugnatoribus, conſcientiarum libertatem, & jura Reip. aſſerenda & vindicanda. O væſaniam noſtram!

Fatali torpori ſi non faſcinationi attribuendum, non ſuboluiſſe dolum &

Digitized by Google

fucum, priusquam cremata & in cineres redacta patria, cives sera sapientia deprehenderent, Germaniæ libertatem externorum Regum libidini prostitutam & construpatam, demum prædæ & direptioni ut vile scortum expositam: Germaniam non nisi Germanico sanguine cruentatam & devictam. Quis credet ex posteris, optimates nostros excidium suum non intellexisse aut sensisse? Cum idem jam tum deplorarent, non populus non homines tantum, sed ipsæ quoque urbes, oppida, vici, villæ, vinetæ, arboreta, imo etiam jumenta & pecudes si vocis compotes, loquutura fuissent.

Serv. Pac. Quid juvat miserari, quorum luctuosa memoria pace abolita; immunitas Germaniæ redintegrata fuit. Clades Nostratibus non contra voluntatem illatæ, quod pertinacibus armis in se suaque grassarentur. Aut statim ponenda sunt odia, aut perferenda belli mala, quæ aperto semel Jano, ut tempestates, imbres, ceteraque naturæ mala, ingruunt.

Sige-

Digitized by Google

Sigefr. Pr. Citius feliciusque pax redintegrari potuisset, nisi cum Gallis Sueci obstitissent. Cum animadverterent Proceres civilibus odiis fessi, servitutem, quæ omnium motuum intestinorum finis, sibi imponi, Regum exterorum invalescentem potentiam suspectare, pacem circumspicere, Monasterii & Osnabrugæ coire. Tunc cordatiores ex Protestantium ordine aperte professi sunt: (y) *Impia esse arma, quæ alterum Imperio manum amputent; ex Catholicis & Protestantibus constare illud magnum corpus, pacem utrique Religioni, Imperatoris atque ordinum sancito datam, quæ sine scelere non modo non infringi, sed nec attemperari possit, Humanius esse credere, veroq; propius, nec Cæsarem nec Catholicos Principes, abrogata de Pace religionis Constitutione, Lutheranorum exitium quæsivisse, & quæ in contrarium superioribus annis disputata, morbum haud se retinentium ingeniorum & scholasticorum commentum, concionandi & calumniandi pervicaciam fuisse.* Quis nunc amplius tam effrons & audax, qui piissimo Im-

(y) Christ. Forst. Epist. I. de negot. pac. p. 17.

peratori Ferdinando II. agitata dominationis consilia imputare posit? Nam & alias rerum gestarum series, ita aperte hanc calumniam elidit, ut candidus quisque intactus maneat ab improbis suspicionibus. Galli autem & Sueci excogitarunt ejusmodi opinionum monstra, quo nostrates vanissimo territi metu, sese illorum artibus & ambitioni, ut manu capti dederent. Credidit Germania in Gallorum benivolentia tutissimum sibi receptaculum; utpote qui libertatis nostræ patrocinium nullo privato emolumento professi erant. Crediderunt Protestantes Suecorum pietatem & sanctum feruorem, cœlitus demissum ad sacrorum suorum tutelam. Sed eventus à spe maxime diversus, limphatis mentibus facem demum accendit; ut exterorum consilia perspicerent ac faterentur: *Gallos Suecosque furore Germanorum pro sattellite cupiditatum suarum abuti, & dementiam civium augere pietatis & auxiliorum simulatione* In ejusmodi veritatis & ludibrii confinio, ex ore Procerum vera, sed

sera

Digitized by Google

sera nimis verba audita sunt: *Exteris Religionem, bonum publicum, afflictorum tutelam, obtentui; at inter alienas discordias invalescere, ad majorem semper potentiam vi fraudeq; grassari, sibi dominatum arrogare, Germanis servitutē imponere, interiorem curā & studium fuisse.* Nullum ergo tam promptum malorum remedium reperiebatur, quam pacis pridem repudiatæ necessitas. Sed misera, & exterorum rapinæ exposita patria, suo arbitrio arma ponere, in gratiam Cæsaris & mutuam fidem amicitiamq; redire non poterat, nisi peregrinis Regibus idem placeret, quorum dominationi suam libertatem immolarat. Manifesto documento, Germanos non sibi sed peregrinis dominis bellantes, tum desisse sui juris esse, cum belli paci sue momentum, ab alieno nutu penderet; eoq; recidissent Imperi Ordinum res, ut si pacem facere possent vellentue, per Reges exteros & maxime Suecos non auderent. Hi vero deniq; conscientia vel pudore inducti, conquassatæ Germaniæ quietem ac pacis tractatus invidere amplius noluerunt; nullo Nostrum

amore, ſed quod Galli fortunam Suecorum, è viribus vix mediocribus immenſam livere cœptarent, nec ultra ferrent arrogantem & imperioſam ſocietatem; tum ut Alſatiam ſibi firmarent. Adeo gratuita haud fuit beneficii largitio, ſpoliis quippe & Germaniæ de honeſtamento redimenda. Quamprimum *Satiſfactionis* illud ferale vocabulum inductum, experientia ſtultorum Magiſtra docuit, quam pia quam auxiliatricia arma exteri induiſſent. Quo autem apertius elucefcat, quid tribuere debeamus fidei, Gallicis pollicitationibus, repetendum, quod Galliæ Regis Legatus Fequierius in conuentu quorundam Imperii Ordinum Francoforti ad Mænum, ſcripto & voce (z) promiſerat: *Regem ſuum ob præſtationem auxiliorum, nullam plane recompenſationem, aut retentionem locorum armis occupatorum prætendere velle: ſed omnes ad Imperium pertinentes provincias, ditiones ac terras, Alſatiamq; nominatim in eo ſtatu dimiſſurum eſſe quo ante enatum bellum fuiſſent. Nihil enim aliud Regem ob præſtita auxilia*

(z) P. 11. Junii A. C. 1534.

Digitized by Google

auxilia desiderare, quam ut laudem & gloriam, conservata & protecta libertatis Germanicæ promereatur. Sed eandem victam armis libertatem in dominationem vertisse, in propatulo erat, cum Rex Archiducis Leopoldi liberis Alsatias ereptum iret. Monasterii propositum equidem fuit rei periculum, demonstratumq; Ordinibus Imperii quantum ex Republ. peteretur; scilicet Gallos id agitare, ut suffragante occasione totum Rheni tractum ejusq; accolas Principes Electores, in suam redigerent potestatem; unanimi quoque Procerum S&o statutum, tam immeritam, damnosam, juxtaque periculosam alienationem ditionnm Imperii, nunquam permittendam: sed penes armis ferocientes nulla fidei datæ, aut Germanorum deprecantium reverentia fuit. Hinc quibus libertatis lenocinio hactenus illusum, tragicis exclamationibus, sortem plusquam leoninæ societatis miserati sunt: *Unde tam subita mutatio? ut qui pro Germanicæ libertatis restitutione, arma sumsisse, illorumque commoda aliis, sibi decus tamen atq; gloriam*

quæsi-

Digitized by Google

quæsivisse professi essent, nunc tanquam alia in scena, Urbes, Præfecturas, Provincias tanquam devictæ Germaniæ spolia, eripiant? (a) Alsatiam superiori seculo ab Henrico II. *Galliæ Rege tentatam sed mox omissam, nunc ab* Im*perio penitus avelli. Nec Gallos* Rheno *ambitionem terminare contentos, in altera ripa Brisacum & Philippiburgum pretio & armis vindicare, ut pontem ac portam rebus novandis, & ipsis in Germaniæ præcordiis promtum ictum expediendi facultatem habeant.* Sed non ultra verba progressum, nil profutura, ubi concedendum erat quodcunque peregrina aviditas & audacia petere non erubuit.

Sueci, cum Religionis suum simulacrum eversum, omnemq; belli titulum manibus excussum sentirent, tardius & inuiti eo descenderunt, ut tranquillitatem Germaniæ indulgerent. Post hinc inde oblata & rejecta præmia belli, supervenit deniq; ex Suecia Manlianum mandatum: *Pomerania cederetur, aut nunquam pacem sperandam esse, Elector Brandeburgicus consentiret, nec ne, parum referre.* Tum patuit quousq; credendum homi-

(a) Forstn. d.l.

nibus

Digitized by Google

nibus exteris, sanctum opem & innocentia consilia jactantibus. *Oxenstirnius* (Suecorum Legatus Osnabrugæ) *Deo teste advocato, & in suum caput vindice, Suecos prater suam Protestantiumq; salutem & securitatem nihil capere, mihi sancte affirmavit* (scribit Forstnerus (*b*)) *Gallorum finibus Ordinum Imperii dißidia conducere, suam contra salutem, in eorundem concordia sitam:* Ergo avitis patrimoniis illos exuere, pro quorum libertate & restitutione arma induisse videri volebant, si NIHIL CAPERE est? fortassis Pomerania, Bremensis, Verdensis, Vismartensis ditio, insulæ, portus, & tot opima spolia, nihili & flocci habita? steriles tamen in glaciali Septentrionis cuspide rupes, hoc minus verosimile faciunt. Sed fraudulentæ *captionis* interpres sit alter Suecius administer Salvius, qui requirentibus Pomeraniæ statibus datam fidem, cum Sueci verbo & scripto stipulati essent, se composito bello nec minimam Provinciæ partem retenturos, respondit, sensum fuisse, *quod omnia sibi servare constituissent.* Vel in æstimationem tot tantaque non

non venerunt, nisi duodecim myriades numorum Imperialium, tanquam in appendicem postularentur.

Hæc fuit illius fabulæ quam pro religione & libertate in Germania exteri luserunt, truculenta catastrophe. Percensenda fuerunt hæc negotiorum monumenta, ut imposterum documenta. An unquam aut usquam legimus vel percepimus, Germanos terrorem orbi incutientes, non justis armis, nec aperto Marte, sed insidiosæ exterorum amicitiæ succubuisse? Quis morum corruptelam non arguat, in Gallia & Septentrione asyla quærendi studium? Etenim si fœderum & peregrinitatis misera legimus vestigia, incorrupta mente contemplantes, progeniem ac indolem tot exantlatarum hoc seculo calamitatum, quilibet spero fatebitur, hosce dies aliam vitam alios mores postulare, si liberi & salvi esse cupimus. Ambitiosi in vicinia Protectores, sunt eruntq; semper receptatores eorum, qui à communi patriæ consensu alieni, foris servire quam domi regnare malunt. Sed nostra interest, patriæ cari-

tas

Digitized by Google

tas suadet, compertas fraudes & pernici-
osam opem execrari. Natura ita comparati sunt mortales, ut semel decepti nullam vel omnino difficilem decipientibus fidem tribuant: de Germanis hoc olim præcipue pronuntiatum; sed prohdolor! cautionem, à communi ratione dictatam spernimus, & imminentia cervicibus pericula non evitamus. Germanos spissioris ingenii esse, Galli prædicant, quod tunc maxime obtinet, quando ipsis fallendi callentissimis, candorem suum exponunt. Idcirco si nostra commoda & damna decenti æquanimitate non discernimus, certe apud vicinos verum à falso melius distinguere licebit. Mantuæ, Parmæ, Sabaudiæ Duces aliiq; tutelam Gallicam experti, semper meliorem fortunam, interdum quoq; fidem Gallorum desiderarunt. Vulgo jactatur, Gallos Sabaudo plus nocuisse cum se ejus amicos ferrent, quam Hispanos cum apertos agerent hostes. Explorata hæc & similia nobis sunt, & nihilominus perniciosum peregrinitatis amorem non exuimus. Sero Phryges sapere, in dicterio est, sed

Nostri

Nostri hodie præpostera prudentia errores suos advertentes, pœnitentia vix seria abolere student, contra patriæ caritatem commissam labem.

Dapsili rerum & decoris Germanici jactura, manibus palpavimus peregrinæ fortunam amicitiæ, cujus exitus semper lugubris, nec alius fuit, quam ut Imperii Majestas imminuta, externæ ambitioni & avaritiæ prostitueretur. Nos ipsos socordiæ & vesaniæ damnamus, qui laqueos illos cadaveribus nostrorum civium dudum horridos, adhuc appetimus & amplectimur. Quis non putasset Germanos, ærumnoso bello ab exteris sociis divexatos, cautius mercari, & cum icto piscatore sapere didicisse. Sed hebetiores ad mala sensus reperti sunt, cum nuper Rhenanum fœdus sub auspiciis exterorum Regum coiret; ea arte fabricatum, ut Optimates nec inter se, nec cum Cæsare convenirent. Per hunc cuniculum ad interiora Germaniæ consilia Galli & Suevi penetrarunt, cousq; invalescentes, ut parum abfuerit, quin arbitrium Reip. in illos conferretur. Si hisce athletis Germaniæ

Digitized by Google

maniæ ſecuritas & libertas tuenda videtur,tot caſibus & exemplis inſtructi,certe funus patriæ & communem perniciem à noſtrorum conſiliorum perverſitate expectare debemus.

Serv. Pr. Meminiſſe oportet,id fœdus ad pacis Veſtfalicæ cuſtodiam percuſſum,ejusq; arbitrum imo autorem ipſum Cæſarem fuiſſe, certe approbaſſe, cum illi aggregari deſideravit.

Sigefr. Pr. Novi id perſuadere voluiſſePrincipem quendam,apud hoſtes nunc extorrem,ſed vanæ ſunt ejusmodi voces. Cum Cæſar,Elector Brandeburgicus, aliiq; diſcrimen patriæ imminens proſpicerent placidis illud ſine atrocitate mediis averruncare cogitarunt; nec aliud commodius conſilium, quam ut Imperator promptum ſe oſtenderet, ſi pax & tanquillitas unicus eſſet ſœderis ſcopus, ut & ipſemet reciperetur. Hac ratione numero laborare cœpit ſocietas, & ſua mole corruit. Machinæ autem hujus architecti fuerunt Galli, qui Principum adminiſtros mercede conduxerunt, quo aggerem fabricarent, ne ſibi Circulum Bur-

Digitized by Google

Burgundicum & Lotharingiam invadentibus, quisquam molestus foret. Pertinuit itaque clanculum ad Germaniæ damnum, finesque Gallorum aviditati prostituendos. Nam Galliæ commodum & Imperii dissolutionem, peregrina hæc consilia spectasse, si quis dubitat? experientia illud perspicue ob oculos ponit. Utinam vero hodie cuncti Germaniæ cives, una & concordi voluntate armati in hostes ducerent, & sincera Germanaque indoles omnium pectoribus cordatum injiceret sensum, communi consilio & ope patriæ securitatem & decus, ab externa injuria fortiter vindicandi. Diversum tamen & doloris plenum exemplum illi præbent, quos maxime deceret à Republ. non dissentire, & peculiares fovere animorum habitus. Cum mœrore conspicimus, illos qui columnæ Imperii vocari sustinent, oneri manus subtrahere, & robur patriæ debitum alios in fines destinare, abnuentes saluti publicæ operari. Bis certe noxii, quod excusando & declinando, imperii mascula consilia & rerum gerendarum vim eludunt, tum alıis

Digitized by Google

aliis metu suspensis obstaculo sint, quo minus integras vires in patriæ subsidium collocare & expromere possint.

Serv. Pac. Imo hi Principes cautiora acrioribus prætulis se videntur. Censent Germanos exemptos belli fluctibus, ociosos spectatores agere potuisse. Nunc quoq; cum in gratiam Hispanorum, Batavorum, & Lotharingi arma correpta sint, particulari quorundam societate bellum administrari, quod totius Reip. opus.

Sigefr. Pr. Tot luculenta Cæsaris Principumq; Imperii, in sinceram cum exteris pacem, extant propensionis argumenta, ut improbum sit fidam amicitiæ observantiam, dubitando acipitem reddere. Dudum est quod Sinones, apertis hostib⁹ magis formidolosos, in omnibus Reip. adytis toleravimus. Sed cum leoninas exuvias, vulpinæ pelli conjungerent, nos inermes, precibus & tristi servitio armatorum injurias repellere? Quis, nisi excors, non indignetur, Gallos in sinu Germaniæ impune ac pro libidine gras-

ne grassari, & cum fortunas, sanguinem, vitam civium axhauriant, vicinitatis, amicitiæ, pacisq; bona differere? Germanos æquis imo lætis oculis hæc omnia spectare, nec flammis quaq; versum serpentibus aquam mascule affundere? Cum Galli proximis annis totam Lotharingiam nefarie invasam in provinciam redigerent, vastis consiliisquæ mox eruperunt pontem struentes, Cæsar & Imperium, cum armis agere fas esset, amicis intercessionibus ut moderatiora obtinerent, sategere. Rejectis quanquam indecore ejusmodi officiis, dissimulare placuit injuriam. Hac patientia nil profecimus, quam ut ipsimet atrocius lacesseremur. Nam Gallis patuit quantum ferre possemus; idcirco ruptis modestiæ & concordiæ aggeribus, Rheno transmisso, signa hostilia in ipsam Germaniam & sedes nostras perlata sunt. Tot perspicua fuerunt ambitiosæ Gallorum destinationis documenta, ut nec obtusi plane ingenii homines, ambigere possent quantum ex Repub. peteretur. Culpæ tamen datur, quod manibus post tergum revin-

Digitized by Google

pestilentiorem peste ... 's nunquam contigisse. Nam ut filium Venceslaum, cujus mores & ingenium ineptum perspexerat (is tamen oratori Gallo laudatur) ad Imperii dignitatem proveheret, magnis pollicitationibus & largitionibus Electores corrupit, quas cum exsolvere nequiret, publica vestigalia illis oppignoravit, ac Romanum Imperium, in hanc calamitatem in qua hodie adhuc est deduxit. (o) Quandoquidem Electores Imperii, ea sibi retinent, quæ Imperatoris sunt, atque ideo se attollere Rom. Imperium atque lacertos movere vix potest.

HincFraxineus laudatCarolum, quod pristinam Germaniæ majestatem reddiderit; ex animo videlicet & desiderio Gallorum, qui omnes Imperii vires exhaustas volunt; ac sibi gratulantur quoties livida illorum vota successus non destituit. Advertendum hic quo conducti pretio, Galli, Germanos Principes encomiis exornent; sed talia adfectantes, patriæ decus minus

 dili-

(o) Cuspia, Vita. Caroli p. 385.



diligere In Albertum Austriacum benignior etiam est orator, quod pacem quam bellum cum Pulchro Gallo maluerit. In merito pacis elogio, Austriacorum æquanimitatem adgnoscere ac deprædicare debuisset, quæ alienis non inhiat: Si ex hac indole aliquid hausissent Galli, tranquillioribus sane temporibus uti licuisset. Ceterum pactorum tabulas inter Albertum & Philippum producit Conringius; (p) quibus pacis & amicitiæ fœdera perpetuis temporibus servatum iri, sancitum. A. C. 1299. Hac ratione cum ab Alberto, à patre Rudolpho in Gallos collatum beneficium circa Aretalensem provinciam, confirmatum esset, quod Adolphus Imp. impugnaverat; fingitur à Gallis, quod Imperialia omnia jura donata & alienata fuerint. (q) Sed illos egregie refellit Conringius dicto loco cap. 24. Pax sane ab illis condita, & quo amicitia sanctiore copula sibi constaret, Blan-

(p) Vid. Conring. de Fin. Imp. cap. 8. (b) Vid. Limn. Ad. I. P. lib. 1. c. 9.

Digitized by Google

Blanca Philippi Regis forôr , Rudolpho filio Alberti in matrimonium collocata. Id tamen Moguntino & Coloniensi Episcopis adeo displicuit , ut eas ob nuptias Alberto de hinc inuisi & rebelles fuerint. (r) Vellem monstrasset orator Gallus , quam religiose coluerint sui Reges æternæ pacis pacta ; quod cum neglexerit, Carolum V. Cæsarem statim insimulans , unum hic & alias valde notandum testimonium afferendum , Æneæ Sylvii sive Pii II. Papæ. (s) *Philippus Burgundiæ Dux indigne agere Regem Franciæ Carolum VII. ajebat , qui nonnulla in Ducatu Luxenburgensi , id est in Imperii ditione , oppida occupasset , adversus antiquum fœdus , quod Francorum Reges cum Imperatoribus apud Tullum percussere : in quo cautum sit, Imperator in Regno Franciæ , Rex in Imperio ne dominatum sibi vendicet , etiamsi volentes aliqui se dedant. Injustæ Regem agere , qui fœdus violet , & oppignoratum sibi Luxenburgensem Ducatum , molestare au-*

I 2

(r) Cuspin. Vita. Albert. Imp. (s) lib. 7. Comm.

Digitized by Google

audeat. Fœderum ſcilicet mortalis conditio, temporarium fatum, Imperii ambitio, & augendi dominatus libido apud Gallos æterna.

Recenſitæ pacis conventiones inter Imperium & Galliæ Regnum coagmentatæ, non video quomodo ſententiæ tuæ opitulari poſsint; nihil enim Principibus tribuunt, neque id evincunt, quod promiſcue licitum vel uſitatum fuerit, inGallia perfugium quærere, auxilia poſtulare, & patriam perinde turbare.

Serv. Pac. Quid ambigimus? Principes ſane & ordines Imperii, cum externis ſocietatem armorum frequentibus contraxerunt. Ferventibus de Lotharingia certaminibus, nominaſti Epiſcopos ceteroſque in partes multoties transgreſſos. Nobile eſt ſuperioris ſeculi *fœdus Chamborticum* à Mauricio Electore & Philippi Haſsi filiis, cum Henrico II. Galliæ Rege ictum. Illi induerunt arma ad tuendam Auguſtanam Confeſsionem, quæ contra fidem datam convelleretur. (t) Item pro liberando Haſſo, to-

tos

(t) Thuan. lib. X. princ.

Digitized by Google

los V. annos carceri mancipato : Ad communem deniq; libertatem vindicandam, quæ opprimeretur, externo milite in Germaniam, contra Imperii Leges inducto : Et quod Principes externi fœderati, contra Imperii morem, à publicis conventibus prohiberentur. Hæc publico ſcripto vulgavit Mauricius; addens ne longam patientiam poſteritas ignaviæ tribueret, fœdus cum Gallo Rege, pro Religione, pro captivorum Principum liberatione communi deniq; ſalute percuſſum. Acrius ſcripſit Albertus Marchio Brandeburgius, objecitq;, Carolum Cæſarem de perdomita bello Smalcaldico Germania fuiſſe gloriatum. Quod ſi aſylum Galliæ Noſtratibus haud patuiſſet, cum domi premerentur, jam pridem Germanicæ libertatis funus, raſo in ſervitutem capite ſequuti fuiſſemus: ſed Henricus II. Rex pileum noſtrum ſervavit, & inter mucrones oſtendit.

Sigefr. *Pr.* Quod Noſtrates Gallorum artibus alle&i, in patriam inſurrexerint, ſed ut rebellionis manifeſti, non peregre fœderati, pœnarum ſeveritate ad

Digitized by Google

obſequii officia retracti fuerint, ſatis ſuperque evici. Chamborticum fœdus clandeſtinis Alberti Marchionis itineribus in Gallia exſculptum; portentoſum certe & in patriæ perniciem factum, cui ultimum exitium intuliſſet, niſi Mauricius Gallorum conſilia ſentiſcens, manum de feralibus tabulis retuliſſet. Præcipua igitur turbarum cauſa ſacrorum fuit licentia, quam Rex Gallus cum Saxone & Haſſo aſſertum ibat. Ejusmodi nomen gloriæ apud Proteſtantes equidem ſolemniter jactatum, ne tamen Catholicorum odia & invidiam irritaret, teſtatus fuit Henricus, Eccleſiaſticos bello perſequi, ſe haud decreviſſe, modo ſibi ac ſociis idoneè caverent. (u) Nec aberravit â ſcopo Rex Chriſtianiſsimus, cum paulo poſt firmaretur Paſſavienſi conventione, Proteſtantium & Auguſtanæ Confeſsionis ſecuritas.

Principum captivorum detentio, rebus adhuc tumidis ad cuſtodiam quietis & tranquillitatis publicæ pertinuit, licet Cæſaris aſperitatem perinde exaggerent, iſtius temporis ingenia. Tanta nihi-

(u) Thuan, lib, X. pag. 199.

Digitized by Google

hilominus fuit tunc Caroli majeſtas & potentia, ut novorum pericula motuum contemnere, & Mauricium, quem ſoceri Philippi carcer urebat lenire potuiſſet, quam vehementius accendere. Sed ſequutus dicitut Granvellani Albaniq; Ducis, acriora conſilia. Percontanti enim Ferdinando Regi, qua cauſa aut quibus injuriis irritatus Mauricius, tam inopinato contra Cæſarem arma ſumpſiſſet? Reſpondebat ille, non in Cæſarem, ſed contra Albanum, Atrebatenſem, ac reliquos infeſtos ſibi conſiliarios, arma ſumpta; ceterum fœderatos benevolo ſemper erga Cæſarem animo fuiſſe. (x) Ac niſi eorum qui capitales ſe Germanicæ gentis hoſtes palam profiteantur, opprimendorum ſpem concepiſſent, ab armis diſceſſuros. Externus miles in Germaniam pertractus inanem ſuppeditat colorem. Annon Smalcaldici Cæſarem bello aggredientes, Germania ejeciſſent, niſi ille accitis ex Italia copiis furorem eorum repuliſſet; quod Mauricium in iisdem caſtris militantem minime latuit. Peregrinus autem qui accuſatur miles, rarior

(x) Thuan, de l. p. 102.

per

per urbium præsidia distributus, vigilabat, ne novi motus insurgerent; & vanissimus ex illo metus, quoniam Cæsar & Imperii Ordines ipsi Mauricio in excercitum Germanicum potestatem & imperium tradiderant, quæ vero ipse contra Cæsarem vertit. Quò non descendit animus ambitione saucius? Cæsari haud concessum sit (novi quid Artic. XI. Carolinæ Capitulationis requirat, id tamen ad necessariam defensionem trahi non debet) militem suum ex vicinis provinciis in sui tutelam accessere; at vero Gallos in Germaniæ prædam, urbesque sub jugum mittendas sollicitare, id jure optimo maximo fœderum, sit justum rectumque. Scripsit tum Albertus Marchio, quod externus miles nullum non insolentiæ genus atque inauditæ libidinis in populares exerceat: Qua si gravia, profecto intoleranda fuerunt, liberatorum ex Gallia rapinæ, stupra, cædes, incendia, ipsiusque Alberti nefanda sævities: Quæ, an Germaniæ libertas aut excidium appellare debeamus? quilibet non ineptus æstimabit.

Ar-

Digitized by Google

Arceri ab Imperii & Procerum congreſsibus Gallos, inhumanum Mauricio viſum: Non ſatis aſſequor, quid illi in mentem venerit. Nam Imperii ordines ante paucos annos Comitiali lege lata, (y) Galliæ Regi pariterq; Turcorum Sultano, ut communi hoſti bellum inferendum ſtatuerant, quod jurato contractu& conſpiratione,ſociatis armis innocentes Pannoniæ, Italiæ, finiumq; imperii incolas nefanda atrocitate invaſos,in dirisſimam ſervitutem abripuiſſent. Interdictum idcirco quodcunq; commercii genus, & Principes imperii etiam litteras ex Gallia advolantes,contrectare recuſarunt, ſcientes prudentesq; periculorum & inſidiarum, quæ ſub callide jactataGallorum neceſsitudine deliteſcerent. At exulcerato nunc ſemel animo, præſidium & auxilium ab illis quæſitum quos internecinos hoſtes, æternum duraturo monumento, univerſa Germania judicarat, jurisque communione indignos cenſuerat. En inclutum illud aſylum, tetris horrendum veſtigiis!

(y) Receſs. Imp. A. 1544. §. 4. 5.

Serv. Pac. Imputandum hoſtile Senatus conſultum efferato tempori, cum aperto omnia bello flagrarent; Pax redintegrata hoc rurſum oblitteravit. Et aliàs Franciſcus I. Rex Galliæ hanc ſibi ingeſtam contumeliam acerrime tulit ac graviſsime queſtus eſt. In rem præſentem appoſite rurſum dixit Fraxineus Legatus: *A Carolo id hoc conſilio factum, ut duas potentiſsimas nationes, & quamdiu ſimul in amicitiam coaluerint invictas, divelleret, & ea amicitia divulſa, facilius Germaniæ jugum imponeret.* (z) Perpende potius antiquos Germanos & Francos, qui ut Chriſtianam religionem tuerentur ac propagarent, in Saracenos & Turcos expeditiones ſuſceperunt, & devictis hoſtibus per Aſiam, Africam & Europam glorioſiſsimos triumphos reportarunt. Quemadmodum in ceteris, ſic etiam hic vetera reſpice, & quæ temporum neceſſitas expreſsit, in meliorem partem interpretare.

Sigefr. Pr. Deteſtor morum converſionem, olim mari trajecto, periculoſiſsima in

(z) Thuan. lib. X. p. 211.

Digitized by Google

in barbarum hostem bella, Galli nobiscum moliti sunt, nunc ubi inimicus nostris in sedibus ferociter grassatur, & ferrum jugulis cottidie intentat, Galli eum insuper excitant & in sinum recipiunt. Falsa & irrita est accusatio Carolum V. ut sibi suisque Germaniam subigeret tentasse. Non moror hic infrunita ejus generis commenta à Smalcaldicis administris, dicacitatis intemperantissimæ hominibus, tanto apparatu excusa, ut tota plaustra onerarent. Irrefragibilibus edocemur monumentis, Duces partium dudum in Germania armis grassatos, instructasque copias aluisse ne Carolus Cæsar licentiæ frænum injiceret, eoque demum provectos, ut securitatem suam aperto bello vallarent. Ipse Camerarius ait, (a) eos omnem conciliationis rationem detrectasse, verba illius sunt: *Nescio qua illi spe toti, quibus promissionibus sublati, quibus cogitationibus elati, similes videbantur illis, quibus persuasum esset, paulo post omnia ipsorum potestati subjectum iri. Si quis igitur vellet illos dehortari,*

(a) Bell. Smalcal, apud Freher tom. 3. p. 404.

tari, ac putaret satius esse, humiliter se demittere, pacem spectare potius quam pugnam appetere. Horum nihil illi admittere, eosque qui proferrent vel deridere, vel asperioribus verbis abigere. Nemo nisi insanus Cæsari justam defensionem negat, quo minus hosti, sibi ut Carolo Gandavensi & Regi Hispaniarum palam excidium minitanti, par pari referret. Victos & coërcitos fuisse Smalcaldicos Galli miserantur, dolent quippe Germanici majestatem imperii vindicatam. Docere debuisset orator, Carolum V. victoria abusum ad Germaniæ servitutem & injuriam, quanquam omnia in manibus haberet, & proclive erat dominium usurpare. Evoluenda potius Henrici Gal. Regis ac fœderis Chambortici facinora, quæ cum legitimis imperatoris collata trophæis, Gallorum tyrannidem arguunt, evehunt autem Austriacam Caroli moderationem & clementiam.

Serv. Pac. Henricus II. G. R. ultra quod fœdus cum Principibus nostris renovares

res

Digitized by Google

ret potius, quam novum iniret, privatis quoque injuriis se provocatum, Vogelsbergium nempe strenuum & nobilem ducem ideo capite plexum, quod sibi militasset, plures alios ob id procriptos, objecit. (a) Apud exteros stipendia merere, libertatis Germanicæ pars, virtutis ac fortitudinis exserendæ occasio est: & leges Imperii idem permittunt. (b)

Sigefr. Pr. Diversus longe est sensus adductæ sanctionis, semper vetitum fuit contra Imperium & Cæsarem arma ferre. Invalescebat tunc temporis morum coruptela, quam graviter perstringit rursum Camerarius; dicens: (c) *Imprimis nocuit ambitio & pecuniæ studium, quo quasi æstro perciti & patriam aversari, & hanc ut vilem & humilem despicere, & consuetam vivendi rationem ut illiberalem negligere, & curriculo quasi ferri ad extermam militiam, festinareque ad Regum aulas, & ad vulgaria in illis ministeria. Unde qui non Gallis saret vel Italianis saret tum habitu tum sermo-*

I 7

(a) Thuan. d. loc. (b) Rec. Imp. 1570. tit. Verzeichnuß etlicher/rc. (c) Bell. Smalcald. ap. Frch. tom. 3. p. 405.

Digitized by Google

sermone, ille inutilis & nihili haberi, & stolidus qui simplicitatem patrii moris constanter retineret: Imo eo quisque liberior & sapientior videri, quo magis peregrinos imitando exprimeret. Hanc in peregrina castra & aulas transeundi libidinem, Cæsar & Imperii Proceres coërcere, ex usu publico censuerunt. Et cum jam ante hac de re provisum, demum A. 1544. severiori lege statutum, (*d*) ut quicunq; peregrinæ militiæ nomen darent, contra Remp fecisse judicarentur. Idem post hosce motus A. 1555, & alias sæpius repetitum. (*e*) Ita Cæsarem non jure egisse, nemo nisi insanus dicere ausit. Vogelspergius ceterique proscripti, non tantum in Gallia militiam obiuerant, sed legiones etiam in Germania collectas illuc traduxerant. Intoleranda sane est Gallorum procacia, nostras leges cavillandi, cum nemo illis rebus Germaniæ intercedendi legitimam potestatem fecerit, quam si semel adscribimus, servitutis nostræ documentum ipsimet præ-

(*d*) Rec. Imp. A. 1544. §. 72. & 73. (*e*) Rec. Imp. A. 1555. §. 34. seqq.

Digitized by Google

præbemus. Cum primum ignem conciperet, quod hactenus flagrat bellum, comperimus Regem Galliæ, subditos suos ubicunque degentes evocasse, immorigeros pro perduellibus habuisse, captos supplicio affecisse, nemine Nostratium id improbante. Patiemur itaq; nobis à Gallis leges statui, quin eodem jure in nostros utamur? Redeamus ad nobile fœdus Chambordicum, visuri, an Rex Gallus, dignitatem Germanæ Reipubl. prout pollicitus erat, adseruerit? Si mente incorrupta ex communi proverbio, *Amicos & hostes, non ex verbis sed factis æstimabimus*, Germano candore discernere poterimus Gallicæ versutiam & atrocitatem amicitiæ; non asylum, sed leoninum antrum, & vestigia antrorsum spectantia se pandent, nulla retrorsum. Erant proh pudor! in Gallorum exercitu XVCIↃ. Germani, ad perdendam patriam accincti. Mediomatricum juris Germanici urbs, per factionem dissidentis vulgi capta, & contra fidem datam numeroso milite subacta. Tullum non minus cervicem submisit. Ne autem

sceme

Digitized by Google

ſcenæ & ludibrio quidquam deeſſet, jura, privilegia & immunitates, Rex Henricus jure jurando confirmavit. Dejecto mox Caroli V. Symbolo, ſuum repoſuit, ſuperbo cum elogio HENRICUS GALLIÆ REX SACRI IMPERII PROTECTOR. Aperta Germanorum injuria, qui, ut Belcarius Epiſcopus Metenſis inquit, ſuum Imperium omnibus Chriſtianis Provinciis ac Regnis imperare, necdum quenquam propugnatorem agnoſcere volunt. (*f*) Nuper tamen alius ejusdem ſedis Epiſcopus, (*g*) Ludovico XIV. adulatorie gratulabundus, idem Protectionis jus adſignavit, & impudentis Rhetoricæ figuris, ſupra ipſius Imperatoris majeſtatem evexit. Quaſi vero titulus ſuperbi uſurpatoris arbitrio aſſumptus, ab aliis haud adgnitus nec attributus, jus & elogium ſolenne vel Curiale pareret. Protexit & texit Gallus Metenſium libertatem, ut nulla amplius veſtigia illius apparerent.

Cuſit

(*f*) Limn Addit. 1. P.lib.4. c.8.n.52. (*g*) Dn. Ambrun. in Orat 30. Julii 1673.

Cusit equidem Henricus Rex numum cui Bruti pileus, utraque parte ense cinctus insculpebatur, cum inscriptione superiori, LIBERTAS, & inferiori, VINDEX LIBERTATIS GERMANIÆ; (b) at excusus rursum libellus, de la souveraineté du Roy à Mets, qui larva revulsa absoluto Galliæ Regum dominio Mediomatricum manciparet. Interim Gallus in Germania, ut nuper Cromvellius in Anglia, protectoriam tyrannidem qua modestia invaserat, eadem & gessit. Eodem hiatu quo Mediomatricum deglutiverat, Argentoratum non minus absorberi posse autumans, minas & benevolentiam miscuit, ut Rheni claustro potiretur, sed irritus fuit conatus. Populus enim Argentinensis proximæ urbis exemplo territus, concriptis VCIↃ. militum ad defensionem mature se comparans, libertatem salvam & incolumem custodivit, sine cujus jactura, nunquam Gallici Protectoris & proci complexibus, fidem Cæsari Imperioque obstrictam, prostituisset. Quam libidi-

(b) Limn. dict. loc.

Digitized by Google

libidinose avare & crudeliter sævierint Gallici libertatis vindices, annales indignantur; Henricus Rex bello id imputandum respondit. Nescio utrum non cuncti ardentibus lacrymis divinam sollicitarint misericordiam, ut à misera libertate liberarentur.

Germaniæ reliquæ, quam lugubrem induerit faciem falsa libertatis extorsio, Alberti Marchionis fœdæ grassationes ostendunt. Is à Mauricio & sociis seorsim Regis Galliarum nomine, & non absque vehementiori instinctu ac mandato, multo crudelius egit, dum eos quorum libertatem vindicare præferebat, penitus oppressit. Noribergenses, utique Protestantium è numero immani bello bachanti similis lacessivit. Castra proprius urbem admovens, vicos illius ditionis C. circiter, Arces & civium villas ad LXX. cunctaque templa prius spoliata in cineres redegit. Tandem precibus aliorum Principum datum, ut Senatus Noricus CCCIↃ. aureorum ultimum ictum redimeret. Episcopos Bambergensem & Herbipolensem, omnibus

fere

Digitized by Google

fere fortunis multatos, demum ad iniquissimas conditiones coëgit; ab illo accepit XX. circiter oppida & præfecturas: hunc vero CCC. CIↃ. aureorum emunxit, atque insuper expressit, ut omne suum æs alienum, quod CCC. CIↃ. aureorum excedebat, dissolveret. Pari ferocia Ulmensibus excidium minatus, sed forti animo repulsus & spretus fuit. Deinde spirensem Episcopum domo pulsum, Moguntinus quoque solum vertere coactus fuit. Quam fœda strages hinc inde edita, & quomodo Germaniæ desolatio ferro flammaque procuvata, dicere tædiosum. Hoc intellectu pronum, nullam patriæ libertatem, sed egestatem innocentium civium, famem, miseriam ceteraque servitutis mala, impiis hisce armis ac fœderibus promota. Cuncta certe Gallis attribuenda, nam incidunt præclara ista facinora in tempus, quo Mauricius Cæsari conciliatus, pax inita erat, ducto in Pannoniam contra ingruentem Ottomannum Cæsareo exercitu.

Serv.

Digitized by Google

Serv. Pac. Frustra & inique Gallis exprobramus, quæ perpetuo bellis conjuncta sunt onera, & inter armorum strepitum amicis pariter ac hostibus dira necessitas immittit. Pacem Mauriciu præproperam percussit, citra Regis & & sociorum consensum; Marchio conditiones non approbans in armis perstitit.

Sigefr. Pr. Stolidum est sane, sua sponte evidentes certasque calamitates in propriam perniciem accersere, & jactura fortunarum evanidum libertatis fumum à Gallis redimere; quibus nunquam cordi fuit Germaniæ salus & splendor, sed miseria & servitus. Si ex animo desideraslet Rex Galliæ Germamaniæ quietem, infringere non fovere debuisset Marchionis Alberti truculentiam, sed omni injuriarum genero pressos liberare. Ille tamen potius habui per fœderum laqueos & insidias, non tandum patrimonia civium expilari, sec Reip. majus detrimentum infligi. Bellum alias justum & solemne, ita gerendum ut nil nisi pax quæsita esse videatur

Sec

Digitized by Google

Sed conciliationem Principum & Cæsaris invitus sensit, & tranquillitatem Germaniæ invidit. *Postquam ea quæ inter Ferdinandum Rom. Regem & Mauritium acta fuerant, comperit dißimulato dolore NB. lætari se respondet, quod id cujus causa in Germaniam venisset, consecutus esset, ut scilicet captivi Principes libertatem reciperent, & Germania virtute & cum sua, ab ærumnis respirare incipiat.* (i) Animo prorsus irato Regem hanc Mauricii cum Cæsare concordiam tulisse, inter ceteros Bodinus prodidit: (k) Electorem enim perfidiæ insimulare ausi sunt Galli, ea pervicacia, ut necesse visum fuerit, fidei observationem & integritatem, peculiari Apologetico ex parte Saxonum propugnare. Quo demum delabitur Germanorum libertas? quando Gallis Protectoribus illa stat & cadit, patescit certe, non nisi ex Regis illius nutu & dictamine, irasci & amare concessum; & si ipse jubeat, piaculum esse si Principes nostri Imperatori detrectent refragari. Dura meher-

(i) Thuan. lib. X. p. 20. (k) Bodin. de Repub. lib. 5. c. 6.

mehercle conditio! illiberalis & Germanis indigna; eo tamen magis miseranda, quo lætioribus Procerum studiis Gallorum societas appetitur.

Ceterum Henricus II. Deum testatus erat, se nullum aliud compendium aut emolumentum spectare, quam ut sua Germaniæ dignitas restitueretur; (*l*) Idcirco restituere primitus debuisset ablatas Imperio cititates. Sed ait Thuanus frigidissime: (*m*) *Has Lotharingiæ civitates, sive jure antiquo ad Galliæ Regnum pertinentes* (falso id dici superius demonstratum) *sive ex fœdere nuper cum sociis Germaniæ Principibus inito sibi concessas* ergone aliquibus Procerum nostrum, quod Imperatori non conceditur, res Imperii alienare, & Gallis ab eis accipere fas est?) *Sive ne in hostis potestatem devenirent* (O pudorem! is erat Carolus V. Imp.) *occupatas, alioqui tutando Campaniæ limiti necessarias*) nempe quod utile idem & honestum) *Rex retinere decrevit*. Nullus dubito quin hæ urbes præci-

(*l*) Thuan, sib. X: p. m. 199. (*m*) lib. XI. p m. 227.

Digitized by Google

præcipua expedition
fuerint: Persuas⁹ etc. ...um, quod...
ricus II. alios & majores consiliorum recessus aluerit, de tota Lotharingia sibi mancipanda. Rebus Nancii pro arbitrio ordinatis Carolum Ducem puerum, Durecortorum Remorum misit educandum, non sine manifesto matris Christiernæ dolore quæ filiū à suo complexu divelli, & in Regis cum Cæsare anunculo bellum gerentis potestatem abduci, ægre tulit. (n) Nimirum sua retinere privatæ domus, de alienis certare Regia Gallorum laus est: Qui cum Græcis Græca fide similia tueri & dicere solent; Non esse opus alia actionum defensione, quam quod sciant, neminem unquam tantum æquitatem fecisse, ut ejus causa occasionem extendendi Imperii è manibus dimitteret.

Jam retecta libertatis larva, pellucet, qui Gallorum fines, quæ fidei religio; quæ nostra labes & pericula, in contrahendis cum æmula gente armorum societatibus. Migrent certe in Galliam
status

(n) Thuan, lib. X, p. m. 203.

ais, peregrinæ superbiæ supplices obviam haud iverimus. Certe Galli prius Imperii, quam hostium Batavorum fines armis agressi sunt. Occurris hic, belli rationem non aliter tulisse, tum Gallos Electori Brandeburgico fidem dedisse de demnitate, & locorum vi occupatorum restitutione. Talis autem ratio belli, certe aliud nihil est quam jus in armis erre, & obvia quæq; sine causa invadere: qua ex norma quod Gallis utile, idem tatim justũ ac licitum esse debet. Si illis quælibent licet, & nos pati oportet, quin omnibus rebus exuti, veteres migramus coloni: Elector Brandeburgicus, quod verba sibi dari haud pateretur, nec libidini Gallorum, ita jussus serviret, protinus pro reo habitus, & Cliviæ Ducatus xactionibus & militari licentiæ obnoxius fuit. Pacis amore id dissimulari potuisse ferunt illi, qui Coloniensem Archiepiscopum laudant, integros Gallorum exercitus in Germaniam pertrahentem, ut unius oppidi præsidio Batavos ejiceret.

Augustissimus Cæsar virtute conventio-

tionis Electoriæ fines Imperii non tan
tum tutari, sed quemcunque peregri-
num militem Germania expellere de-
vinctus est. (c) Adversus liquido immi-
nentem servitutem, omnia utique sa-
lutis & tutelæ remedia circumspicien
da fuerunt, patriæ & libertatis amant
bus; qui tristis ac peregrinæ domina
tionis jugum abominantur. Implorav
Cæsaris opem Elector Brandeburgicus
quæ juxta sanctas Imperii leges, ...
denegari non potuit. Fœdus etiam cum
Batavis ictum, ut firmiori robore exu-
berantis potentiæ audacia, aduna...
viribus arceretur. Cum externo con-
tracta populo talis societas, mutuæ de-
fensionis ergo, in nullam Gallorum of-
fensam. Qui id maligna interpretatio
ne invertit, perversus sane fit oport
utpote ab omni ævo cunctis gentib
frequentata consilia, & contra pub...
cam luem antitoda, damnans. Lepid
vero ratio est hoc vellicantium, qu...
Batavi Hispanorum quondam rebelle...
Imperio etiam graves, nullum subsid...
& misericordiam, sed omnium od...

(c) Capitul. Leopol. art. 13. me-

Digitized by Google

merer entur. Scilicet fœdera cum Gallis hodie usque quaque honesta & proficua existimantur, quos tamen patres & avi totiusque Germaniæ consensus, Turcis & infidelibus perniciosiores, & internecino bello persequendos, sanxerant. Quos igitur plus aversari volumus? At Batavi ab Ecclesia Catholica alieni sunt: quales fuerint, quando adversus Hispanum legitimum Regem omni suppetiarum genere instruebantur, quilibet novit. Hæc saltim est temporum rerumque diversitas, quod tunc novellæ doctrinæ disseminatio prohiberetur; hodie autem postquam Gallorum suffragio manibusque propagata altas radices egit, persuasum habere debeamus, eandem à Gallis nec non Britannis, divino percitis æstro, funditus erudicandam, restaurandaque Catholica sacra. Protritis Batavis, unica restabat Ulixea spes, collocata in benignitate Polyphemi, rictu diducto Germanos secundo loco devoraturi. Ea est mortalium conditio & temporum vicissitudo, ut indomitæ necessitatis te-

 lum

lum, infensissime etiam diffidentes, ad concordiæ studia & mutuam benevolentiam compellat. Periculi instantis metus ponere odia & coalescere docet, quos nulla Suada conciliare valuisset; nisi perniciem quam securitatem malint, hostis communis ferociæ expositi. Quibus autem tueri libertatem aut mori ante servitium in animo est, certamen adversus armatum non detrectant, ne saltim ignavi pereant. Quid sera posteritas non exprobraret huic ætati, si Principes Imperii, manibus post tergum revinctis, infruniti dominatoris pedibus se substravissent. Id Gallos voluisse apertum est, testantur illi qui patriæ & libertatis præsidia quærentes, tanquam criminosi, & læsæ Majestatis Gallicæ rei, quasi ad merita supplicia rapti fuerunt. Nemo nisi imperitus existimat, nos potius Batavorum, quam propriæ salutis amore, armatam parasse defensionem, ut mortem & quod morte pejus est, servitutem evitaremus.

Quomodo autem Hispani fortium consiliorum autores jactentur, non percipio

Digitized by Google

cipio? Non sunt Germani mentis adeo deploratæ, ut quæ sibi conducere autumant, propria electione nō discernant. Hispani reliquias Burgundici Circuli ab Imperatore & Imperio in beneficium adhuc tenent. Hasce provincias, cum à corpore nostro avulsas, cottidie sibi mancipare velit Gallus, quis ingenuus & patriæ dignitatis amans, non censeat auxilia justa & necessaria illis præstanda, etiamsi Rheni ripa & interiora Germaniæ intacta manerent. Qui secus sentiunt novam, & ex Gallico dictamine profectam Legem sequuntur, id scilicet agentes, *ut Germaniæ Respublica detrimentum capiat.* Qua sensim imminuta, non alia sors erit omnibns expectanda, quam quæ in singulis per socordiam approbata fuit.

Nihil iniquius est quam Lotharingum Ducem, etiam à fœderum commercio excludere, & obtrectari quod in ipsius favorem bellum adversus Gallos spoliatores motum sit. Posterius falso dici, rei gestæ series ostendit: quanquam id ritè justeq; fieri debuisset. Nonne Dux

ille avitis possessionibus inter nobilio-
ra Imperii membra connumeratur, &
in Senatu Principum Imperii sententiā
dicit? Deum immortalem quo seculo
vivimus? Majores nostri copiosum cru-
orem fudere, ut Lotharienfe vetustum
Regnum & Belgicam Germaniæ suæ
vindicarent. Nos hodiè dissimulando,
cunctando, imo auxilia rreprobrando
Gallorum immensæ cupiditati suffraga-
mur: Negligimus non tantum provin-
cias Imperii, nostrum robur & decus;
sed periculorum exempla, unicuique
demum sævius ingruentia, ultro con-
temnimus, dum quisque tantum ex pu-
blicis malis sentit, quantum ad res pri-
vatas pertinet. In angustias semel re-
dacta Germania, unde vires suppetent,
quæ truculentam dominationem eli-
dere valeant? Principes Imperii urbi-
bus dictionibusque pro libidine priva-
re, majus sane quam Cæsareum est. Mi-
næ per emissarios in aulis Procerum
Germaniæ non obscure amplius inten-
tantur, ut cynosuram actionum suarum
Regis Galliæ voluntatem observent:

Le

Digitized by Google

Le Roy de France le veult; Le Roy de France ne le veult pas Obsurdescere tamen multos ad impudentes voces, quis sibi imaginaretur? Sed molliora hæc sunt, si perpendamus quid Gallus nuper, in meditullio Imperii tanquam in suo fimeto, cristas ferociter erigens, cantarit: Nempe *abstineret Imperator militares copias hereditariis provinciis educere in Imperium, quod illi omni crudelitatis genere lacerabant*. Quid magis pro Imperio dici vel fingi queat? Infandum profecto carmen, eo magis execrandum, quod è perditorum (ne dicam proditorum) Germaniæ civium ingenio manasse dicatur. Optimus quisque subveniendum Patriæ censuit, ira & indignatione accensus. Omnes Ordines ad conservandam Rempub. voluntate studio, virtute consenserunt. Hæret unus & alter, quietem & otium laudans, quamdiu tergo non insistit acerbissimus hostis. Quo nomine hoc consilium appellem? nisi secessionem à reliquo Reip. corpore? cum pins infestissimis peregrinis, amicitiam & pacis studium falso jactanti-

bus, quam unanimi Patriæ, Cæſari & Civibus publicæ libertatis aſſertoribus, tribuatur. Fucum aut ſcrupulum movere potis amplius non eſt, Tabularum Veſtfalicarum decantatus §. *Eo ut ſincerior, &c.* Improbum etenim eſt, de nefario invaſionis facinore nunc diſceptare, poſtquam ſolemni Comitiorum elogio, Galli Suecique ruptæ pacis Monaſterienſis rei, hoſtes judicati ſunt. Et quanquam nil tale ſancitum foret, Germania interim tot funeribus ſaucia, rapinis lacerata, incendiis fœda, crudeliſſimorum hoſtium graſſationib' expoſitta, proclamat quid faciundum, ſupplices illa tendit manus, ut præſenti exitio fortiter eripiatur. Illi ergo omnis ſenſus expertes, qui patriæ, penatibus, aris & focis illatas injurias, inuſtam Germano nomini contumeliam vindicare, & mucronem omnium jugulo intentatum repellere ſuperſedent. Ipſi Sueci conſcientia adacti ſcripſerunt, (*d*) paratos ſe fuiſſe ſuppetiatum venire contra Gallum, oppreſſis Principibus

(*d*) Ep. R. Succ. d. XVI. Dec. A. C. M DC. LXXIV.

Digitized by Google

..., nisi suscepto muneri Mediatoris perinde aliquam suspicionem excitassent. Quamvis hæc suo laborent vitio, sufficienter tamen indicant, ejusdem conspirationis affines, haud negare Gallorum injustam vim; tum fateri, quodnam sit Principis Imperii officiũ, & quid hoc rerum momento cuique incumbat. Qui vero infaustum illud Neutralitatis Idolum colunt, Constitutionibus Imperii dudum proscriptum, (e) & contra omnium Ordinum consensum, secreti separatique agunt, Legibus Imperii obsequium negantes, quo colore consilia privata excusaturi sint, non video. Non potest non præsentium futurorumq; contentio, calamitosam rerum imaginem illis ob oculos ponere; sed tanti est suo errore alios macerare, & livorem exsatiare. Fabulæ veritas fert, cum промociens equus pratorum amœnia cervo invideret, hominis auxilium adversus æmulum sollicitasse: hic vero fræna, calcaria, & sessorem pati equum docuit, dum cervus in sylvis & pratis pristina lætus libertate spatiatur,

(e) Rec. Imp. A. 1641. §. 86. & 87. Serv.

Serv, Pac. Pax optima rerum, quæ initio motuum displicuerit, nunc pot exantlatas tot calamitates necessaria est. Virium experimentum fecimus, tanto sanguine fuso & sumptibus sparsis nihil proficientes, quam ut vastitas & ruina Germaniæ inducta sit. Misera ad incitas redacta plebs, votis & gemitibus quietem & tranquillitatem anhelat.

Sigefr. Pr. Dum singuli pugnamus, vincimur universi, labes eorum est, qui n-gere dextras, & opem patriæ ferre recusant, Si absq; tali pertinaci obluctatione, unitis viribus quemadmodũ oportebat, res gestæ forent, mehercle! pridem Aquilæ nostræ in hostico fulgerent. Mala autem, quæ bellum pro individuo comite habet, hostibus non provocatis, & turbarum conflatoribus imputanda. Nobis quidem quiete & tranquillate frui lici. isset: Sed ingenii pervicacia in ipsis perditis Germaniæ civibus Gallorum audaciam accendit. Eos ergo incusemus qui Catilinario furore faces Germaniæ admoverunt. Invidiosum nimis est, quoties Imperii & Germaniæ exercitibus stipendia

Digitized by Google

...nda, tragicas auc...
...iones; Sed Gallorum rapacita-
...endia, ceteraq; facinora æquo
...o & ex facili tolerari. Mili-
...um innocentia ubivis una & eadem est:
sed libertas inæstimabilis, quæ si aliqua-
li impensa populi custoditur, in damno
non est numerandum. Dei beneficium
est, quod depulsa conspiratione, liberi, &
duræ servituti erepti vivamus.

Pax non citius nec melius sperari po-
test, quam si strenue bellum geratur. Di-
vus Leopoldus Cæsar & Imperii ordines
...am cu...tis trophæis præferunt, hostium
vero vafrities cottidie pacem jactat, &
colloquiorum commercia futilibus ex
causis eludit. Solida firmaq; pax in animis
Germanorum pręcipue conciliari debet
...t patriæ sibiq; invicem concordibus stu-
diis devincti sint. Imperatoris Majesta-
tem uti decet colere, non solem ab occi-
dente adorare; veterum instituta, mores,
virtutes, resumere; Legibus Imperii ob-
sequi; Galliæ illecebras & novitatis le-
nocinia abominari; Suecorum fucum e-
ludere; Germaniæ fortuna & (ut loqui-
mur

...) verum interesse.
...ia & Austriaca magnitudine,
...manicæ libertatis, non in...
Ita res nostræ à pace Vestfalica...
ut modo velimus, concordibus...
liceat. Nulla domi supersunt,...
argumenta, quæ multorum superstitio...
nia inani timore exercuerunt. Foris, sed jam
prohdolor! in visceribus Imperii... am-
bitiosi & avari hostes, quorum vim, impostu-
ram, & artes compertas habemus dolemusque.
His non adhærendum amplius, quibus plurimi
nimium adhæsisse pœnitentes agnoscunt. Fla-
gitium sit contra Patriam in externa verba ju-
rare, non milites sed proditores agere. Nefas
& scelus, uti revera est, ducatur, fidem patriæ de-
bitam peregrinæ dominationi adhærere, & con-
siliis implicari quæ Germaniæ insidias nectunt.
Hoc coagulo pax firmabitur, nobis amicisque
præsidium præbitura, æmulis terrorem incussu-
ra. Deum ego supplex veneror, ut victoriis &
triumphis justa necessariaque Cæsaris arma se-
cundet, universisque Imperii civibus mentem
inspiret, perpetuo dictitantem, quod sera poste-
ritas, gloriam Imperii & nominis Germanici à
omnibus & singulis postulatura sit. Si liberta-
tem retinere vultis Germani, cur alios quam
vos ipsos & posteros respicitis? Alio-
rum semper securi, si vestri
memores eritis.

F I N I S.

39351714

Digitized by Google